Præterea dicit, quod erratum est in hoc, quod cum Abbas de Ramesie questus fuisset, se disseisiri de tenemento in Rameseia, et per aliquos in brevi nominatos exceptionatum esset, quod tenementum illud non fuit in Ramesie, Justiciarii inquisivisse debuissent per assisam, distincte et aperte, si tenementum illud fuisset in eadem villa, nec ne, et ita distincte, sicut pars exceptionavit. Illud tamen non fecerunt, sed per illam assisam convictum fuit, quod tenementum prædictum est de pertinentiis de Rameseia, sicut patet per recordum, desicut pertinentia ejusdem manerii, vel alterius sunt, et esse possunt in multis locis aliis et villis quam in villa de Rameseia, vel aliis villis, videtur Priori nondum precise aut aperte, prout deceret, convictum est in qua villa prædictum tenementum sit.

Et in his, et in aliis, dicit prædictus Prior, quod erratum est in prædictis recordo et processu. Et petit quod eadem recordum et processus examinentur et corrigantur, et cætera.

Et prædictus Abbas de Ramesie, primo et principaliter, petit tam auditum brevis originalis, super quo prædicta assisa capta fuit, quam recordi et processus ejusdem assisæ, ut et brevis, per quod scire factum fuit ipsi Abbati, ut esset hic auditurus recordum et processum prædicta.

Quibus auditis, dicit, quod die quo creatus fuit abbas, et per magnum tempus antea, fuit ecclesia sua de Rameseie seisita de tenemento in prædictis recordis et processu contentis, et cætera.

Et Prior de Ely, prædecessor Prioris de Ely, qui nunc est, et Abbas de Ramesie, prædecessor istius Abbatis qui nunc est, inter quos prædicta assisa arrainata fuit et capta coram præfatis Justiciariis, superstites fuerunt post prædictam assisam captam, et judicium inde redditum per octo annos et amplius. Nec prædictus Prior prædecessor, et cætera, qui fuit pars prædicti judicii, et cui actio competebat ad infirmandum prædictum judicium, si in aliquo in eodem erratum fuisset versus prædictum Abbatem de Ramesie prædecessorem, et cætera, qui etiam fuit pars ejusdem judicii, aliqua ipsis viventibus movebat questionem de prædictis erroribus corrigendis, si aliquæ, et cætera, interfuerunt.

---

[1] *limitaverunt*] originally written *limtataverunt*, but afterwards altered.

Unde petit judicium, si ad sectam prædictam Prioris, qui nunc est, procedi debeat ad examinationem prædictorum recordi et processus, et cætera.

Dicit etiam, quod non videtur ei, quod ex recordo prædicto emanasse debuit aliquod breve ad præmuniendum ipsum Abbatem essendi hic, seu alibi, in curia domini Regis, auditurus recordum et processum prædicta; qualitercumque prædictum breve, per quod modo venit ad suggestionem partis adversæ in curia ista impetratum fuit, emanavit.

Dicit enim, quod in recordo prædicto, quod audivit, continetur, quod quædam assisa capta fuit inter quendam suum præcedentem Abbatem de Rameseia, et quendam prædecessorem Prioris de Ely. Cujus assisæ partes, nec ipse Abbas, qui nunc est, nec prædictus Prior, qui nunc est, fuerunt.

Unde cum, si error aut defectus aliqui in prædictis recordo et processu intervenissent; et curia ista, super erroribus et defectibus illud judicium prædictum prius redditum revocare deberet; et adnullare sic oporteret, quod tenementum, ratione judicii sic redditi de una patria in aliam translata fuerunt, restitueruntur in eodem statu in omnibus, in quo fuerunt ante judicium redditum quod in casu isto nullo modo fieri poterit, ex quo tam Prior de Ely, quam Abbas de Rameseia, qui tunc fuerunt partes ejusdem assisæ, diem clauserunt extremum.

Et sic videtur sibi, quod curia ista ulterius de recordo et processu prædictis examinandis, se intromittere non deberet.[1]

Nec idem Prior, qui nunc est, renovare, continuare, aut resuscitare potest, vel debet, querelam prædecessoris sui, quæ per mortem ipsius sui prædecessoris omnino sint extincta.

Immo quod prædictus Prior ad aliud recuperare suum, si quod ei per interpretationem suam in curia Regis competere potest, ad tenementa prædicta recuperanda, convolare debet.

Et hoc evidenter patet, per Statutum de Marleberg', per quod actio viris religiosis provisa fuit et reservata, de rapinis et robberiis, ubi prædecessores sui obierint ante judicium.

Et similiter, de terris et tenementis, in quibus aliquis se intruserit, tempore vacationis domorum suarum, post mortem prædecessorum suorum; et in quibus casibus ipsi Abbas et Prior modo non sunt. Prout patet per recordum prædictum, in quo continetur, quod ipse Abbas tenet prædicta tenementa, ut illa de quibus invenit domum seisitam die quo, et cætera, et qui prædecessor suus, per judicium curiæ domini Regis, et non per aliquam intrusionem in eis factam, recuperavit, post mortem prædecessoris prædicti Prioris[2] de Ely.

---

[1] *deberet*] deberent, MS.

[2] The word *Abb'is* occurs in the MS. before *Prioris* but has been struck through, and subpuncted.

Et petit, ex quo curia ista warantum non habuit, nec de jure habere potuit præmuniendi ipsum Abbatem, qui non fuit pars prædictæ assisæ, qualitercumque breve prædictum, ad ipsum præmuniendum emanavit, quod a prædicta querela absolvatur, et cætera.

Et prædictus Prior dicit, quod ad dominum Regem pertinet, omni tempore quo voluerit, querelas quorumcumque sibi conquerentium audire.

Et remedium, prout sibi decet, super querelam illam apponere, et maxime de injuriis et transgressionibus per ministros suos in curia sua factis, nullo respectu habito ad tempus quodcumque.

Et præter hoc, tenetur jura et hereditates Sanctæ Ecclesiæ manutenere et defendere, quæ semper est infra ætatem, et ut in custodia sua in regno suo.

Unde, cum errores de quibus modo queritur, et qui in prædictis recordo et processu inveniri poterunt, si ad examinationem eorumdem procedatur, prout juri consonum est, maxime cum errores illi ex officio et facto justiciariorum suorum et curiæ suæ processerunt, prout patet manifeste; et quorum factum tam ea ratione, quod prædicti Justiciarii ministri sui fuerunt, quam, eo quod prædicta ecclesia de Ely, quæ est infra ætatem, ut prædictum est, per eorum factum et judicium, exheredata est; petit, quod super prædictis injuriis et gravaminibus, prædicta recorda et processus rationibus istis et prædictis examinentur, et in his emendentur et cætera.

Et nisi hoc sufficiat, dicet aliud, et cætera.

Et super hoc, datus est dies partibus, in Octabis Sancti Hillarii, coram Rege, ubicumque, et cætera, salvis partibus rationibus suis dicendis, prout eis melius viderint expedire, et cætera.

DXLVII.

De relevio faciendo. f. c. v^{xx}. x. b.

The relief of the free tenants of Ramsey Abbey, and the method of its payment.

Modus[1] qualiter relevium liberorum tenentium domini Abbatis Rameseiæ debet solvi et exigi de feodis militum, et qualiter[2] feodum integrum[3] componitur[4] ex certis hidis, hidæ ex certis virgatis, et virgata ex certis acris; scilicet, quod

---

[1] Also in Harl. MS., No. 5071, f. 3b.

[2] *Qualiter* is written in the margin of the Cartulary as a gloss.

[3] *integrum*] integre, Cartul.

[4] *componitur*] conponitur, Cartul.

quatuor hidæ faciunt feodum integrum, quatuor virgatæ hidam et [ ][1] acræ faciunt virgatam; videlicet aliquo loco plus, aliquo loco minus.

Feodum integrum solvit ad relevium, centum solidos.

Una hida, quæ est quarta pars feodi, viginti et quinque solidos.

Una virgata terræ[2], quæ est quarta pars hidæ, sex solidos, et tres denarios.

DXLVIII.

Hidagium[3] militum Abbatiœ[4] de Rameseia, unde inquisitio facta fuit, ex[5] mandato Regis, tempore Willelmi[6] Abbatis, et Regis[7] Henrici.

A.D. 1184-1189. Hidage of the Knights of Ramsey Abbey.

Simon de Bello Campo, plenum servitium de uno milite in omnibus rebus, sicut carta Regis Henrici testatur.

Hugo de Bello Campo, quinque hidas apud Berford',[8] et debet unum militem.

Guido de Stowe, quinque hidas et dimidiam, et debet unum militem.

Haroldus[9] de Gylingg'[10], quinque hidas, et ad suum dictum debet dimidium militem, et ad nostrum dictum integrum militem.

Comes Aybricus,[11] quinque hidas, et debet unum militem.

Stephanus de Scalariis, et Henricus de Scalariis, duas hidas et dimidiam, et debent dimidium militem.

Reginaldus filius Berengar'[12] debet unum militem, sicut carta Reginaldi Abbatis testatur.

Walterus filius Jocelini[13] de Stivecle, et Radulphus Mowyn de Hirst' debent dimidium militem, ut dicunt.

Et ut dicunt, tenent quatuor hidas et dimidiam.

Oliverus le Moigne[14] tenet sex hidas et dimidiam, et debet unum militem.

---

[1] Blank in Cartul, but not in Harl.

[2] *terræ*] omit, Harl.

[3] Also in Harl. No. 5071. f. 10 b.

[4] *Abbatiæ de Rameseia*] de Abbatia Ramesiæ, Harl.

[5] *ex . . . Henrici*] per Willelmum Abbatem ex mandato domini Regis, Harl.

[6] William, Abbot of Ramsey, 1184-1192.

[7] *Regis Henrici*] added in the margin in Cartul. King Henry II., 1154-1189.

[8] *Berford'*] Berkford', Harl.

[9] *Haroldus*] Hayoldus, Cartul.

[10] *Gylingg'*] Gillyng', Harl.

[11] *Aybricus*] Ailbricus, Harl.

[12] *Berengar'*] Bering', Cartul.

[13] *Jocelini*] Jocelyni, Harl.

[14] *Moigne*] Moygne, Harl.

Henricus de Wichintone tenet in Wichintone[1] tres hidas et dimidiam, ut dicit; et, ut dicitur, quatuor.

Et terram in Dodyngton' quam Willelmus Peverel tenuit, quæ modo est in manu Regis, unde expectatur[2] velle domini Regis.

Nigellus de Lovetoft tenet unam hidam et dimidiam in Hisham[3], et isti duo debent unum militem.

Ricardus Engaine[4] tenet in[5] Dillington' sex hidas.

Et in Stowe unam hidam et dimidiam, ut dicit, et ut alii dicunt, duas hidas et dimidiam.

Et[6] in Hemyngton'[7] tres hidas, et[8] dimidiam.

In omnibus dicit se debere unum militem.

Robertus de Cranewelle tenet quatuor hidas, ut dicit, et,[ut] dicitur quinque, et debet unum militem.

Omnes[9] isti solent communicare cum rusticis ad istud[10] servitium faciendum, excepto Simone de Bello Campo, tempore Willelmi Abbatis, et[11] Regis Henrici.

Præter hos multi frankelanni, quorum quidam tenent dimidiam hidam, quidam plus, quidam minus, et debent et solent adjuvare milites ad servitium faciendum.

DXLIX.

Consuetudo in Nortff[olcia] pro recognitione facienda.

Memorandum, quod est consuetudo in Nortff[olcia], ut invenitur in rotulis, tempore Hugonis Abbatis de Sulgrave,[12] quod quilibet liber homo de homagio domini Abbatis dupplicabit redditum suum, pro recognitione domini Abbatis, post quamlibet vacationem.

Custom of the free men of the Abbot of Ramsey in Norfolk as to doubling their rent on each vacancy.

---

1 *Wichintone*] Wychintone, Harl.

2 *expectatur*] exspectatur, Harl.

3 *Hisham*] Isham, Harl.

4 *Engaine*] Engayne, Harl.

5 *in . . . hidas*] sex hidas in Dylyngton', Harl.

6 *et . . . hidas*] added in the margin in Cartul., and referred to its proper place in the text by a mark.

7 *Hemyngton'*] Hemigton', Cartul.

8 *et dimidiam*] supplied from Harl.

9 *Omnes . . . Henrici*] In the Cartul. this passage is written in the margin.

10 *istud*] supplied from Harl.

11 *et*] tempore, Harl.

12 Abbot of Ramsey, 1142–1163.

DL.

Servitium Walliæ.

A.D. 1240, Oct. 28—1241, Oct. 27. Military service of the Knights of Ramsey Abbey in Wales.

Memorandum,[1] quod Dominus Ricardus de Ripton', et Dominus Theobaldus de Leic',[2] milites, et Hugo de Tymull',[3] et Baldewinus de Stowe, servientes, fecerunt servitium militare domini Regis, et turnum suum, secundum consuetudinem Abbatiæ, usque ad[4] Cestriam, quando Griffinus et David, filii Lewelini[5] de Wallia, reddiderunt se domino Regi, hoc modo:—[6] videlicet, Dominus Ricardus de Ripton' in propria persona; Dominus Theobaldus per duos servientes; Hugo de Tyvill'[7] in propria persona, cum alio serviente; et Baldewinus de Stowe personaliter, cum alio serviente; anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo quinto.

DLI.

A.D. 1242. April 8. Military service of the Knights of Ramsey Abbey in Poitou and Gascony.

Die[8] Martis proxima ante Dominicam Palmarum, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo sexto, electi sunt ad curiam de Brouctone, quatuor milites, ad turnum Abbatiæ faciendum, secundum consuetudinem ejusdem Abbatiæ, ad transfretandum, cum domino Rege, in Pictaviam et Vaschoniam:—[9] scilicet Domini Willelmus Denhenegefeud, Mathæus de Leyham, Johannes de Brauncestre, et Johannes de Harpefeud. Ad quod iter perficiendum, Dominus Willelmus de Henigfeud misit Sewal' et Thomam, filios suos, loco suo.

Et alii tres præscripti dedixerunt servitium prædictum. Unde Dominus H. de Leyham postea implacitatus in curia domini Regis de eodem servitio per Dominum Ranulphum

---

[1] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 77.

[2] *Leic'*] Leyk', Cott.

[3] *Tymull'*] Tyvill', Cott.

[4] *ad*] omit, Cott.

[5] *Lewelini*] Newelini, Cott.

[6] By a writ dated Feb. 19, 25 Henry III. (1241) the King ordered David, son of Llewellin, to appear personally at Shrewsbury, on the Sunday next before Palm Sunday, to proceed in the matters in dispute between them, and to stand right with the Seneschal of Chester. (Rymer, Fœd. Record edition, Vol, I., part 1, p. 240.)

[7] *Tyvill'*] Tivill', Cott.

[8] This does not occur in the Cartulary, but is added here, for the sake of completeness, from Cott. Vesp. E. II. f. 77.

[9] The King left London on the day following Easter day, April 21, 1242, for Portsmouth, there to take ship for France. (Matthew Paris, Chronica Majora, Vol. IV., p. 190, ed. Luard.)

Abbatem, recognovit se debere idem servitium, secundum consuetudinem Abbatiæ, per cyrographum inter dictum Abbatem et ipsum H. in curia domini Regis confectum.

Et alii duo restant adhuc implacitandi.

DLII.

Servitium Scotiæ.

Item[1] electi sunt quatuor milites ad iter Scotiæ perficiendum, in servitium domini Regis, secundum consuetudinem Abbatiæ, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo octavo,[2] scilicet, Comes Oxoniæ, pro feodo de Hemingford',[3] Vitalis Engaine,[4] Mathæus de Leygham,[5] et Willelmus Mowyn.[6] Ubi Comes Oxoniæ misit Dominum Willelmum de Hulecote loco suo, Dominus Vitalis Engaine[4] Dominum Willelmum filium suum, Dominus Mathæus[7] de Leygham,[5] Dominum

A.D. 1244–May 13—Aug. 13. Military service of the Knights of Ramsey Abbey in Scotland.

---

[1] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 77.

[2] In the year 1244, war was threatened between England and Scotland, owing to the King of Scotland refusing to do homage any longer to King Henry the Third for the lands he held of the Crown of England. Henry the Third therefore summoned all the vassals of the Crown to meet him at Newcastle, or as Matthew Paris says, "Et dum annalis orbita his "temporibus volveretur, Rex, "edicto publice proposito et "submonitione generaliter facta, "fecit notificari per totam Angliam, "ut quilibet Baro, tenens ex Rege "in capite, haberet promta regali "præcepto omnia servitia militaria, "quæ ei debentur, promta et "parata, tam episcopi et *abbates*, "quam laici barones. Et profectus "est cum exercitu copioso versus "Novum Castrum super fluvium "Thynam" &c. (Matthew Paris, Chronica Majora, Vol. IV., p. 379, ed. Luard.)

By a writ dated May 13, 28 Henry III. (1244) the King commanded all Archbishops, Bishops, Abbots, and Priors, to meet him at Newcastle-upon-Tyne with their due service, on the day of St. Peter ad Vincula (August 1) to seek amends from the King of Scotland for trespasses. (Close Roll, 28 Henry III. m. 8 d.)

But no war took place, and a treaty of peace was concluded about August 13 following, when Alexander King of Scotland promised that he would keep good faith with the King of England. (Rymer, Fœd. Record edition, Vol. I., part 1, p. 257, and Matthew Paris Chronica Majora, Vol. IV., pp. 380, 381.)

The period therefore to which the document before us belongs must be between the date of the summons, May 13, and the date of the peace August 13, 1244.

[3] *Hemingford'*] Hemyngford', Cott.

[4] *Engaine*] Engayne, Cott.

[5] *Leygham*] Leyham, Cott.

[6] *Mowyn*] Mouhyn, Cott.

[7] *Mathæus*] H., Cott.

Hubertum de Royli,[1] et dominus Willelmus Mowin[2] Willelmum filium suum, et Johannem Mouhin nepotem suum.

DLIII.

A.D. 1245. July 4. Military service of the Knights of Ramsey Abbey in Wales.

Die[3] Martis proxima post festum Apostolorum Petri et Pauli, electi sunt quatuor milites, ad servitium domini Regis in Walliam,[4] anno ejusdem vicesimo nono :—scilicet Dominus W. de Bello Campo, qui misit loco suo Dominum Galfridum de Drivval, militem suum ; Willelmus de Wychenton', qui in propria persona iter arripuit; Willelmus le Moigne de Ravel', qui misit loco suo Henricum de Den et Rogerum de Cantelupe ; et Johannes de Harpefeud, qui dedixit servitium prædictum, quia non tenebatur ad hoc, ut dixit. Pro quo Dominus Ranulphus Abbas misit duos servientes, scilicet, Johannem filium domini Vitalis Engayne, et Joheleym, socium suum.

DLIV.

A.D. 1257. June 26. Military service of the Knights of Ramsey Abbey in Wales.

Die Martis proxima post festum Sancti Johannis Baptistæ, anno regni Regis Henrici quadragesimo primo, electi fuerunt ad expeditionem faciendam in Walliam,[5] citra Gulam Augusti, Domini Johannes de Cantia, Radulphus de Tyvill', Sewall' de Heningfeld', et Selves le Enveyse, qui subrogatus fuit loco do-

---

[1] *Royli*] Royly, Cott.

[2] *Mowin*] Mouhin, Cott.

[3] This and the following article do not occur in the Cartulary, but they are added here for the sake of completeness from Cott. Vesp. E. II. f. 77.

[4] Matthew Paris tells us that on the approach of the Kalends of July 1245 the King warned all those who owed him military service to proceed with all convenient speed in the expedition prepared against the Welsh. "Im-" minentibus autem Kalendis Julii, " dominus Rex, omnibus qui ei " servitium militare debebant, ut " se convenienter in Walliam pro-" fecturum sequerentur, per literas " suas submonitis, non valens " nec volens amplius superbos " discursus Walensium æquani-" miter tolerare, præparavit se, " ut ad illorum terminos potenter " iter et vexilla dirigeret, milite " stipatus copioso." (Chronica Majora, ed Luard, Vol. IV., p. 423.)

[5] Matthew Paris states that to repress the rebellion in Wales the King sent writs to all parts of the kingdom, commanding all who owed military service to be ready to go into Wales on July 22, in this year, and shortly afterwards the King's army was ordered to be at Chester on August 1, prepared with horses and arms. (Chronica Majora, Vol. V. p. 639, and Vol. VI. p. 373.)

mini Berengarii le Moigne, qui electus fuit, et noluit iter perficere. Qui quatuor, districti[1] ad faciendam dictam expeditionem, fecerunt pacem cum domino Abbate. Qui pro eis destinavit, suis sumptibus, dominum Gilbertum de Deneford' et alios tres milites.

DLV.

Clamium Abbatis Rameseiæ in Comitatu Hertford[iæ] tempore Regis Edwardi, filii Regis Henrici.

Abbas Rameseiæ, per fratrem Willelmum de Cruce Royes', monachum suum, positum in loco suo, et cætera, clamat habere libertates subscriptas, in manerio suo de Therefeld', in comitatu isto, videlicet, quod manerium suum prædictum sit liberum ab omni regali et episcopali exactione, de furis apprehensione et emissione, [et] sanguinis effusione. A.D. 1272 Nov. 20. 1307, July 7. Claim of the Abbot of Ramsey to certain liberties in their manor of Therfield, co. Herts.

Clamat etiam, in eodem manerio, sok' et sak', theoloneum, mundebrik', ferdwite, fyftewite, blodwite, miskennyg', frythsokne, hamsokne, forstal, forfeng', hangwyte, grithbrich', utleap, infangenthef, schipbrik', tol et theam, et omnes alias leges et consuetudines quæ ad me pertinent. Et profert cartam[2] Regis Edwardi, quæ testatur, quod idem Rex concessit et confirmavit Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ, omnes libertates prædictas. f. c. vxx. xi.

Clamat et idem Abbas, quod ipse, et omnia dominica sua, et omnes homines de dominicis suis in manerio suo prædicto, sint quieti de schiris et hundredis, auxiliis et demandis vicecomitum, præpositorum et omnium Ballivorum domini Regis, et quod habeat visum franci plegii in omnibus dominicis terris suis prædictis, et omne forisfactum, quod de illo franco plegio, ex quacumque causa, evenerit. Et profert inde cartam[3] domini Johannis Regis, quæ testatur, quod idem Rex concessit et confirmavit Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ, omnes libertates prædictas.

Clamat etiam per cartam domini Regis Henrici, patris domini Regis nunc, quod ipse et omnes homines sint quieti ab omni collectione census, quæ geld vel schot' Anglice nominatur, et quod ipse, et homines sui sint quieti ab omnibus placitis et querelis, sciris et hundredis, et ab omni opere servili.

---

[1] *districti*] destricti, MS.

[2] See Vol. II., p. 70 for the Charter of King Edward the Confessor granting these liberties.

[3] See Vol. II., p. 62 for this charter of King John.

Et præter illas, clamat habere omnes alias libertates prædictas, quæ expresse nominantur in carta prædicta.

Et profert inde cartam prædicti domini Regis Henrici, quæ omnia prædicta testatur.

Continetur etiam in eadem carta, quod idem dominus Rex dando et corroborando, concedit[1] et confirmat privilegia antiquorum Regum, omnesque donationes terrarum aut aliarum rerum, quæ ecclesiæ prædictæ temporibus antecessorum suorum, Regum Angliæ, ante ipsum donatæ sunt, et quod omnia quæ idem monasterium, a sui principio usque ad præsens, concessione Pontificis, liberatione Regum, aliorumque principum, atque oblatione fidelium, obtinuit, vel in futurum obtinebit, sint omnino libera, honorifice sanctita, integraque et illibata, perenniter[2] permaneant.

Dicit etiam per hoc, quod prædictus Rex Edwardus concessit ecclesiæ prædictæ omnes leges et consuetudines quæ ad ipsum pertinebant, tam plene et tam libere, sicut ipse eas in manu sua habebat, sicut in carta sua prædicta expresse continetur. Omnes prædecessores sui semper usi sunt habere catalla felonum in terris suis prædictis, exitus anni et wasti, cum coram justiciariis fuerit adjudicatus, fines et amerciamenta hominum suorum, pecuniam quæ ad murdrum pertinet, furcas et tumbrellum, et alia quæ dicuntur weyf, emendatio panis et cervisiæ,[3] et quod nullus minister domini Regis de hujusmodi intromiserit in terris suis, nisi ipsi et ballivi sui. Et ipse similiter, toto tempore suo, usus est illis libertatibus, et ultra illis nullam ipse occupavit vel usurpavit. Et prædecessor suus obiit seysitus de omnibus libertatibus prædictis. Petit quod inquiratur, per totum comitatum, et prædicti comitatus milites, et alios[4] ad hoc electos,[5] et similiter duodecim de hundredo, in quo prædictum est.

Dicit per sacramentum suum, quod ecclesia Rameseiæ, et omnes Abbates ejusdem loci, a tempore quo non extat memoria, fuerunt in seisina de omnibus libertatibus prædictis.

Et quod iste Abbas invenit ecclesiam suam seysitam de[6] libertatibus eisdem.

Et quod prædecessor suus inde obiit seisitus.

---

[1] *concedit*] concedat, MS.

[2] *perenniter*] perhenniter, MS.

[3] *cervisiæ*] originally written *servis'*, but afterwards altered.

[4] *alios*] alii, MS.

[5] *electos*] electi, MS.

[6] *de*] de istis, MS. but the word *istis* is marked with dots of subpunction.

Et quod iste Abbas, qui nunc est, nullam [usurpationem] vel occupationem fecit super dominum Regem, qui nunc est, vel prædecessores suos.

Ideo dictum est dicto Abbati, per prædictum attornatum suum, quod eat inde sine die, cum omnibus libertatibus suis prædictis, salvo domino Regi, et cætera.

DLVI.

Servitium pro Hisham.

A.D. 1243, Oct. 28—1244, Oct. 27. Service of Thomas Pyel of Isham, in Scotland.

Memorandum,[1] quod Thomas Pyel de Isham fecit finem pro dimidia marca cum domino[2] Ranulfo[3] Abbate, eo[4] quod equus suus insufficiens fuit ad servitium suum perficiendum, scilicet[5] ad arma militum ferenda, in itinere Scotiæ, anno regni Regis Henrici, filii[6] Regis Johannis vicesimo octavo, sicut invenitur in rotulis curiæ de Brouthon',[7] anno Ranulphi Abbatis decimo quarto.

Item, anno Abbatis Hugonis de Sulgrave tertio, in rotulis curiæ de Brouthon', invenitur, quod Thomas Pyel de Isham, qui tenet feodum de Pyel de Isham de Comitatu Norhampton', debet invenire runcinum, et sellam ad sommarium, et saccum, cum brochia, ad deferenda arma quatuor militum abbatiæ, ad quodlibet iter dictorum militum, in servitium domini Regis, pro terra sua in Isham. Venit ad curiam de Brougthon', ad sciendum utrum debeat ad præsens iter arripere cum dictis militibus, vel non.

Et memorandum, quod tota curia dicit, quod nullus dictorum militum, postquam positus fuerat in constabulariam, debet capere de consuetudine Abbatiæ, nisi tres solidos quolibet die quadraginta dierum, dum stant in servitio domini Regis per dictos quadraginta dies, ut superius dictum est.

Item, anno domini[8] Willelmi de Gomecestre[9] decimo, Willelmus de la Kernel de Isham, qui tenet feodum de Pyel,

---

[1] This first clause, *Memorandum . . . decimo quarto*, will also be found in Cott.Vesp. E. II., f.70.

[2] *domino*] omit, Cott.

[3] *Ranulfo*] Ranulpho, Cott.

[4] *eo quod*] quia, Cott.

[5] *scilicet*] videlicet, Cott.

[6] *filii Regis Johannis*] supplied from Cott.

[7] *Brouthon'*] Browthon', Cott.

[8] *domini Willelmi*] repeated in MS.

[9] *Gomecestre*] The MS. has *Gloucestre*. But this is obviously incorrect, and Gomecester must have been intended.

venit in plena curia de Broghton'; cum uno equo, pretii decem solidorum; cum una sella ad summarium, pretii duodecim denariorum; cum uno sacco de canabo, pretii sex denariorum; et cum uno broche; et obtulit se facere servitium domini Regis, sicut debuit.

Et datus est ei dies revertendi, cum prædicto servitio, super summonitione.

DLVII.

f. c. v^{xx}. xi. b.

Homagium W[illelmi] de Wichenton'.

A.D. 1253, December 16. Homage of William de Wichentone.

Memorandum, quod Dominus Willelmus de Wichenton' fecit homagium domino Willelmo de Achold' Abbati, in anno suo primo, apud Rameseiam, die Martis proxima ante festum Sancti Thomæ Apostoli, anno regni Regis Henrici tricesimo octavo, sicut invenitur in rotulis curiæ de Broghton'.

DLVIII.

Placita in itinere Johannis de Vallibus [et] sociorum suorum, itinerantium in Comitatu Hunt[ingdoniæ], in octabis Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, decimo quarto.

A.D. 1286, Sept. 29—Oct. 6. Pleading concerning a fair in St. Ives. *In itinere Hunt'.*

Abbas Rameseiæ summonitus fuit ad respondendum, quo waranto clamat habere unam feriam in villa[1] Sancti Ivonis, et cætera.

Abbas, per attornatum suum, venit et dicit, quod dominus Henricus Rex Primus concessit monachis de Rameseia feriam suam ad Sanctum Ivonem.

Et insuper dominus Henricus Rex,[2] pater domini Regis nunc, concessit eis eandem feriam, quamdiu eam durare contigerit, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi feriam pertinentibus, et cum omnibus proficuis et exitibus quæ nobis aliquo casu accidere possent, si feriam illam in manum nostram retineremus.[3]

Data per manum ipsius Regis, apud Westmonasterium, septimo die Maii, anno regni sui quadragesimo secundo.

---

[1] *villa*] villam, MS.

[2] See Vol. II., p. 67, for this charter.

[3] *retineremus*] Originally written *teneremus*, but dots of subpunction are placed under the *te*, and *reti* is interlined above.

Et super hoc veniunt ballivi domini Regis de Hunt [ingdonia], et dicunt, quod sunt in seisina, nomine Regis, de theolonio capiendo in prædicta feria. Quod quidem theolonium spectat ad villam de Hunt[ingdonia], quam tenent de domino Rege ad feodi firmam, et cætera.

Ita quod iidem ballivi portare debent quamdam nigram virgam in prædicta feria, et colligere theolonium per totam feriam, sicut continetur in carta Henrici Regis, patris Regis nunc, et cætera.

Et[1] Abbas dicit, quod revera debent portare prædictam virgam, sed non debent colligere theolonium, nisi ad exitus villæ.

DLIX.

Compositio[2] inter Episcopum Eliensem et Abbatem Rameseiæ.

Memorandum, quod cum contentiones et discordiæ subortæ fuissent inter venerabiles patres, Dominum Willelmum de Luda, Elyensem Episcopum, ex una parte, et dominum Johannem de Sautre, Abbatem de Rameseia, ex altera, super injuriis et transgressionibus hinc inde factis.

A.D. 1294. April 24. Composition between the bishop of Ely and the abbot of Ramsey.

Et ad diem amoris, tentum apud Wenelyngham, die Sabbati proxima ante festum Sancti Marci Ewangelistæ, anno regni regis Edwardi vicesimo secundo, inter præfatos Episcopum et Abbatem, propositis et discussis, sic convenit, pro bono pacis reformandæ, quod leta de Walsokne in comitatu Norff[olciæ] conjungatur, et de tenentibus dictorum Episcopi, Abbatis, et Prioris de Lewis, et per eorum senescallos, conjunctim[3] et in communi, teneatur.

Ita scilicet, quod secreta dictæ letæ, cum veredicto juratorum, senescallo prædicti Episcopi liberentur.

Qui quidem senescallus eadem secreta[4] sociis suis senescallis ostendet, et ea statim, cum veredicto cuilibet de tenentibus domini sui liberet.

Per quæ veredicta et secreta proficuum dictæ letæ de tenentibus suis unusquisque capiat et obtineat.

Convenit etiam inter eosdem, quod leta de Welle in eodem comitatu de cætero integre teneatur per senescallum Abbatis,

---

[1] A hand is drawn here in the margin.

[2] A repetition of No. CXXXII. (Vol. I., p. 215). In the MS. ten hands are drawn in the margin, to call attention to the various divisions of the document.

[3] *conjunctim*] conjunctam, MS.

[4] *secreta*] secta, MS.

vel ejus ballivos, præsente ballivo Episcopi, si venire voluerit, sicut pacifice et plenius teneri consuevit usque ad quartum decimum annum regis Edwardi nunc, die Sancti Thomæ Apostoli.

A.D. 1285, Dec. 21.

Et quod Episcopus habeat de tenentibus suis curiam suam extra hundredum de Clakkelose de omnibus placitis, quæ in curia baronis possunt placitari.

Convenit[1] etiam inter eosdem, ex[2] concessione domini Episcopi, quod dictus Abbas, et tenentes sui de Wardeboys, Upwode, Ravelee, Wistowe, Broghton', et Byri, habeant de cætero communam suam in Weremeremore, pascendo bestias suas, scilicet, equos, boves, vaccas, juvencas, et bovettos, tantum, pacifice, sine impedimento.

Concessum est insuper per prædictum Abbatem, quod prædictus Episcopus, et tenentes sui de sokna de Someresham, habeant pacifice communam suam in Crowelodemor, pascendo averia sua.

Et si averia sua ingrediantur prata prædicti Abbatis, et aliorum de Chateriz, in prædicto marisco, non imparcentur; nec idem Abbas aliquod parcum de cætero ibidem habeat.

Concessum[3] est etiam ex utraque parte, quod lada de Fenton' sit communis piscaria Episcopi, et hominum suorum prædictæ soknæ, a ripa usque Drawth', eo quod est in solo Episcopi.

Et quod totum residuum illius ladæ de Drawth' usque magnam ripam sit communis piscaria Abbatis et hominum suorum, eo quod est in solo ipsius Abbatis.

Concessum est etiam per prædictum episcopum, quod prædictus Abbas et homines sui, ex gratia speciali, habeant passagium bestiarum ad[4] mariscum de Hollode, intrando et exeundo, pro duobus solidis, apud Someresham solvendis annuatim ad Pascha.

f. c. v^{xx}.xii. Concessum est etiam per prædictum Abbatem, quod lada, quæ ducit de Niddingworth' usque magnam ripam, non fiat ita profunda, quin bestiæ Episcopi et hominum suorum et aliorum communicantium possint transire ad pasturam suam versus Haliwell', et inde redire, sine nocumento et gravamine. Quæ quidem lada est communis piscaria omnium communi-

---

[1] *Convenit . . . domini*] underlined in MS.

[2] *ex*] quod ex, MS.

[3] *Concessum . . . Fenton'*] underlined in MS.

[4] *ad . . . exeundo*] underlined in MS.

cantium in eodem loco; præter gurgitem, quæ est piscaria, Abbatis, ad caput[1] ladæ versus magnam ripam.

Et si ita contingat, quod illa lada nimis profunda facta fuerit, tunc per visum omnium communicantium ibidem emendetur.

Concessum est etiam per prædictum Episcopum, quod secta, quæ exigebatur de Abbate de Rameseia apud Chateriz in comitatu Cantebrigiæ ad curiam de Ely, et ad hundredum de Wichforde, de tribus septimanis in tres septimanas, de cætero fiat per duos tenentes Abbatis de Chateriz, sicut antiquitus fieri consuevit.

Concessum est etiam per prædictum Episcopum, quod Abbas et homines sui de Chateriz sint quieti de reparatione calcetæ, et Aldreheth', pro duobus solidis, singulis annis solvendis Episcopo, vel ballivo suo de hundredo de Wycheford, sicut in carta Galfridi quondam Elyensis Episcopi inde confecta continetur, et per capitulum Elyense confirmatur.

Istud scriptum indentatur contra prædictum Episcopum.

DLX.

Placita coram domino Rege, de termino Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici tertio, incipiente quarto.

De placito de consuetudinibus et servitiis hominum de Rypton' Regis.

A.D. 1275, Oct. 9—Nov. 28. Pleading concerning the customs and services of the men of King's Ripton. *De consuetudinibus et servitiis. tenentium Ripton' Regis.*

Abbas[2] de Rameseya attachiatus[3] fuit ad respondendum Radulpho de Rypton', Hugoni Bertelot, Nicholao de Bocland',[4] Johanni in[5] þe Hirne, Hugoni Russel, Ivoni filio Walteri, Willelmo[6] de Rameseya, Brithwoldo filio Henrici, Nicholao filio Hugonis, Stephano filio Roberti, Thomæ filio Humfridi,[7] Nicholao filio Johannis, et Thomæ filio Simonis,[8] hominibus Abbatis de Rameseye, de manerio de Kynges[9] Rypton', quod fuit de antiquo dominico coronæ Regis, de placito, quare, cum præfati homines terras et[10] tenementa sua in dicto manerio

---

[1] *caput*] capud, MS.

[2] Also on Coram Rege Roll, Edward I, No. 19, m. 7d.

[3] *attachiatus*] atthach', Roll.

[4] *Bocland'*] Bocham, Roll.

[5] *in þe Hirne*] inthehurn', Roll.

[6] *Willelmo*] omit, Cartul.

[7] *Humfridi*] Umfridi, Roll.

[8] *Simonis*] Symonis, Roll.

[9] *Kynges Rypton'*] Kynges ripton', Roll.

[10] *et*] interlined in Cartul.

per servitia certa tenere debeant; et ipsi et antecessores eorum, temporibus quibus prædictum manerium fuit in manibus prædecessorum Regis, Regum Angliæ, tenementa illa per hujusmodi servitia pacifice tenere consueverunt; quæ[1] etiam servitia ipsi parati sunt facere eidem Abbati, prout ipsi et eorum antecessores pro eisdem tenementis facere consueverunt; idem Abbas prædictos tenentes ita graviter et[2] enormiter distringit ad alias consuetudines, et alia servitia, pro dictis tenementis ei faciendas, quod, ea occasione,[3] terras et tenementa sua[4] ibidem relinquere compelluntur; ac insuper ipsos homines, et averia eorum, in mercatis[5] et locis aliis extra libertatem manerii prædicti, capi fecit,[6] et arestari; et alia enormia eis intulit, ad damnum[7] ipsorum hominum centum librarum, et contra pacem et cætera.

Et unde idem[8] homines, per attornatum suum, queruntur, quod cum antecessores sui, tempore Henrici Regis, proavi domini Regis nunc, tenere consueverunt terras suas per certa servitia:—videlicet, pro qualibet virgata terræ, quinque solidos per annum; et pro relevio suo post mortem antecessorum suorum, de qualibet virgata terræ,[9] duos solidos et[10] sex denarios; et pro majori tenemento majus, et pro minori tenemento[11] minus; et pro dando[12] tallagio, quotiens dominus Rex talliat alia maneria sua, per certum tallagium per taxationem parium suorum, pro omnimodis servitiis tantum.

Prædictus Abbas ipsos distringit ad alias consuetudines et diversa alia servitia facienda, alio modo quam deberent[13] vel facere consueverunt, unde dicunt, quod deteriorati sunt, et damnum habent ad valentiam centum librarum.

Et prædictus Abbas venit, et defendit vim et injuriam, quando et cætera.

Et dicit, quod tempore dicti domini Henrici Regis, proavi domini Regis nunc, fuerunt prædecessores sui Abbates de Rameseye in seisina[14] de manerio de Rypton'.[15]

---

1 *quæ . . . consueverunt*] omit, Cartul.

2 *et enormiter*] repeated in Roll.

3 *occasione*] repeated in Roll, but the redundant word is struck through.

4 *sua*] omit, Cartul.

5 *mercatis*] This word is left blank in Roll.

6 A hand is drawn in the margin here, in Cartul.

7 *damnum*] damna, Cartul.

8 *idem*] prædicti, Roll.

9 *terræ*] omit, Cartul.

10 *et*] omit, Cartul.

11 *tenemento*] omit, Cartul.

12 *dando*] tanto, Cartul.

13 *deberent*] debent, Roll.

14 *seisina*] seysina, Roll.

15 *Rypton'*] Rippeton', Roll.

Et quod antecessores prædictorum hominum tunc temporis non tantum fecerunt prædictis prædecessoribus suis prædicta servitia,[1] immo illa et plura alia:—videlicet pro qualibet virgata terræ, viginti et quinque denarios per annum; et pro relevio post mortem antecessorum suorum, de qualibet virgata terræ, quinque solidos; et pro merchetto filiarum suarum, pro qualibet filia, quando maritari debet, quinque solidos; et pro minori terra minus servitium, prout accidere contigerit.

Et pro leuerwit'[2] de filiabus, de qualibet[3] filia super hoc convicta, duos solidos vel minus, si paupertas exposcat.

Et pro una operatione in qualibet septimana, a festo Sancti Michaelis usque Gulam Augusti, ad[4] quodcumque opus præceptum fuerit, per summonitionem, de unoquoque eorum faciendum.

Et pro facienda arura, qualibet die Veneris, inter prædictos festum Sancti Michaelis et Gulam Augusti, cum tot capitibus quot habent in caruca.

Et qualibet carruca arabit unam[5] sellionem, sicut jacet.

Et hoc nisi festum impediat.

Et tunc, per totum annum, computabitur unum festum domino, et aliud prædictis hominibus, exceptis quindecim diebus in festo Natalis Domini, et[6] octo diebus in Pascha, et octo diebus in Pentecosten, in quibus non arabunt.

Nec aliud genus operis facient, sed quodcumque genus operis facere debeant, præterquam in bosco, operari debent quolibet die ab ortu solis usque ad occasum.

Et pro falcura facienda in prato de Haycroft;[7] ita quod quando pratum illud falcabunt, tota villata habebit, de bursa Abbatis, octo denarios ad potationem, ut dicitur, Scotale.[8] f. c. v^{xx}. xii. b.[9]

Et si discordia, vel transgressio aliqua inter ipsos fiat ibidem, emendæ fiant inter ipsos, et Abbas inde percipiet misericordiam.

Et uno die, quando falcabunt prædictum pratum, quilibet eorum habebit unum fessiculum[10] herbæ, ligatum ligamine de[11]

---

[1] These services, it will be observed, are set out much more fully in this pleading than in the King's Ripton Extent, No. CCXX, Vol. I., p. 397.

[2] *leuerwit'*] leyerwita, Roll.

[3] *qualibet*] qualibet septimana, Cartul. The word *septimana* is marked with dots of subpunction.

[4] *ad quodcumque . . . Gulam Augusti*] omit, Cartul.

[5] *unam sellionem*] unum selionem, Roll.

[6] *et*] omit, Cartul.

[7] *Haycroft*] Heycroft, Roll.

[8] *Scotale*] Shotthal', Roll.

[9] *Adhuc placitum de consuetudinibus et servitiis*, is written in the upper margin, in Cartul.

[10] *fessiculum*] fasciculum, Roll.

[11] *de*] interlined in Roll.

herba, quantum poterit levare super hastam falcis suæ. Ita quod si hasta frangatur pro[1] ponderositate herbæ, non inde occasionabitur, sed amittet herbam.

Item, prædicti homines tassare debent, colligere, et cariare, fenum in curiam Abbatis.

Et pro tribus operationibus a quolibet eorum factis in qualibet septimana, a Gula Augusti usquequo blada reponantur in orrea.

Sed non facient[2] aruram, quamdiu messis duraverit.

Item, ad precariam autumni veniat quilibet,[3] qui falcam portare possit,[4] tam terram tenentes, quam alii, præter uxores eorum; et habebit unusquisque eorum unum panem, carnem, et cervisiam.

Sed ad unum diem, qui dicitur Lovebone, inveniat[5] quilibet eorum unum hominem ad metendum, custu suo proprio.

Item, a tempore quo blada plenarie fuerint adunata, usque ad festum Sancti[6] Michaelis, operationes facient eo modo, sicut post festum Sancti Michaelis.

Et quandocumque aliquis eorum opus fecerit infra villam, ibit ad dinarium suum, ad domum suam propriam, et postea redibit ad opus suum.

Item, facere debent sectam ad curiam dicti[7] Abbatis in manerio prædicto, de tribus septimanis in tres septimanas, ad summam trium dierum præcedentium. Ad quas curias, si aliquis eorum fuerit amerciatus, dabit misericordiam, secundum quantitatem delicti.

Debent etiam talliari, quando dominus Rex talliat burgos suos,[8] et maneria sua; et hoc per sacramentum parium suorum.

Item, dabunt communiter pro prato, quatuor solidos, et[9] tres denarios, et[9] obolum; unde duo denarii levari debent de Johanne Stalker'; et residuum levari debet de omnibus in villa, qui pratum habent.

Facient etiam unam precariam carucarum, ad cibum prædicti Abbatis.

Item, quælibet acra terræ, quæ vocatur Herilond, dabit per annum unum quadrantem, quando seminatur.

Item, pro quolibet porco suo, qui est unius anni vel amplius, dabit[10] unum denarium.

---

[1] *pro ponderositate*] p'ponderesitata, Roll.

[2] *facient*] faciant, Cartul.

[3] *quilibet*] omit, Roll.

[4] *possit*] originally written *posset* in Cartul., but afterwards altered.

[5] *inveniat*] inveniet, Roll.

[6] *Sancti*] omit, Cartul.

[7] *dicti*] prædicti, Roll.

[8] *suos*] omit, Cartul.

[9] *et*] omit, Cartul.

[10] *dabit*] dabunt, Roll.

Et de porco dimidii anni, unum obolum, licet pasci fuerint de grano.

Item, de quolibet cotmanno de tribus cotmannis, quatuor denarios per annum, et qualibet septimana unam operationem.

Item, nulli filii prædictorum hominum debent promoveri ad ordines, sine licentia prædicti Abbatis.

Nec aliqui hominum prædictorum[1] recedere[2] possent a prædicto manerio, sine[3] licentia prædicti Abbatis.

Et quod antecessores prædictorum hominum, tempore Regis prædicti, et ante, et post, hujusmodi servitia facere[4] consueverunt prædecessoribus prædicti Abbatis, et non prædictas consuetudines et servitia tantum, quæ prædicti homines proponunt.

Ponunt se super patriam.

Et prædicti homines similiter.

Ideo præceptum est Vicecomiti, quod venire faciat, in octabis Sancti Hillarii, ubicumque et cætera, duodecim[5] et cætera, per quos et cætera, et qui nec et cætera, ad recognoscendum in forma prædicta, qui[6] in tam et cætera.[7]

Postea, a die Paschæ in tres septimanas anno quarto, apud Westmonasterium, venerunt Juratores. Qui dicunt, super *Thomas.* sacramentum suum, quod prædicti homines de Kingesrypton' et omnes antecessores sui, tamquam homines prædicti manerii, a tempore prædicti Regis Henrici, proavi domini Regis nunc, et ante, et post, semper facere consueverunt omnia prædicta servitia, quæ prædictus Abbas prius monstravit. Et quod idem Abbas, et omnes prædecessores sui, Abbates de Rameseia, a tempore prædicto, fuerunt in seisina de prædictis servitiis et consuetudinibus, de hominibus et antecessoribus suis prædictis. Excepto tamen uno articulo, quod, si homines prædicti in prato discordarent, vel aliqua transgressio fieret ibidem inter eos, bene licebit eis inter se inde concordiam facere, absque hoc quod dictus Abbas aliquam misericordiam inde percipiat.

Et ideo consideratum est, quod prædicti homines, et hii qui de eisdem hominibus exient, prædicta servitia et consuetudines de cætero faciant prædicto Abbati et successoribus suis, Abbatibus de Rameseia, in perpetuum.

---

[1] *p'ced'e* occurs in the Roll after *prædictorum*, but is marked with dots of subpunction.

[2] *recedere possent*] possunt recedere, Roll.

[3] *sine . . . Abbatis*] omit, Roll.

[4] *facere*] fecer', Cartul.

[5] *duodecim et cætera, per quos et cætera*] omit, Roll.

[6] *qui in*] quia, Roll.

[7] The Coram Rege Roll ends here.

Et ipsi homines in misericordia, et cætera.

Et super hoc, habet idem Abbas breve de judicio directum Vicecomiti, ad distringendum prædictos homines, ad faciendum de cætero, dicto Abbati, prædictas consuetudines et servitia, quotiens et cætera.

Et etiam, ad inquirendum, quæ damna dictus Abbas habuit, eo quod dicti homines dedixerunt ei facere prædictas consuetudines et servitia, a tempore quo primum placitum motum fuit inter eos in curia Regis, coram Rege, usque cujus data est apud Westmonasterium, vicesimo die Novembris, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici quinto, sub testimonio R[adulphi] de Hengham.

Et quod haberet inquisitionem inde factam coram Rege et cætera, ubicunque et cætera, a die Sancti Hillarii in quindecim dies, et cætera.

DLXI.

Assisa de tenementis in Sancto Ivone.

A.D. 1314, January 21. Pleading between William de Gilling and John, Abbot of Ramsey, concerning the moiety of a messuage in St. Ives.

f. c. v^xx. xiii.

Assisa apud Huntingdon[iam], die Sanctæ Agnetis Virginis et Martyris, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, septimo, coram dominis Willelmo de Ormesby, et Roberto Maddinglee, Justiciariis ad assisas capiendas assignatis, inter Willelmum de Gilling' et Margeriam uxorem suam, querentes, et dominum J[ohannem], Abbatem Rameseiæ, deforciantem, de medietate unius mesuagii, cum pertinentiis, in Sancto Ivone, quæ quondam fuit Aliciæ Poke.

Unde prædicti Willelmus et Margeria se dicunt esse disseisitos per prædictum Abbatem injuste, et cætera.

Abbas venit, et dicit, quod prædictum tenementum est villenagium suum.

Et quod prædicta Alicia Poke tenuit illud ad voluntatem suam, ita quod dicta Alicia non habuit liberum tenementum, et cætera.

Et dicti Willelmus et Margeria dicunt, quod Alicia tenuit eam libere, et cætera.

Ideo capiatur assisa.

Juratores dicunt, quod prædictum tenementum est vilnagium Abbatis, et cætera.

Ideo consideratum est, quod Abbas eat inde sine die, et alii in misericordia.

DLXII.

Allocatio libertatis bancleucæ Rameseiæ.

Anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo quinto, facta est recognitio, coram domino Willelmo de Eboraco, et domino Gilberto de Prestone, et domino Rogero de Turkylleby, et aliis domini Regis fidelibus, apud Hunt[ingdoniam]. A.D. 1240-41. Allowance of the liberty of the banlieu of Ramsey.

Totus[1] comitatus Hunt[ingdoniæ][2] recordatur, quod Abbas Rameseiæ debet placitare omnia brevia sua,[3] et omnia placita de tenentibus[4] suis, quæ sunt infra bancleucam suam.[5]

Ita quod[6] nec Justiciarius domini Regis, nec Vicecomes, nec aliquis ex parte domini Regis, ibi debet intrare ad prædicta[7] placita.

Et[8] quod idem Abbas debet constituere Justiciarios, pro voluntate sua, ad prædicta placita placitanda.

Et quod ista libertate usus est Abbas Rameseiæ, et omnes antecessores sui, a tempore cujus[9] nec extat memoria.

Dicunt etiam, quod idem Abbas[10] debet habere omnia brevia, quæ tangunt eandem[11] bancleucam,[12] et quod debent ei liberari per manus Justiciar'.

Hæc[13] prædicta possunt inveniri in Rotulis Willelmi de Eboraco, de itinere suo et sociorum, Itinera in Comitatu Huntyd[oniæ], anno regni Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo quinto.

Totus Comitatus Hunt[ingdoniæ] recordatur. *Memorandum.*[14]

---

[1] Also in Cott. Vesp. A. XVIII., f. 92. with this marginal note *Pro libertate infra Baleucam de Ram'*. See also, No. CXXXIX. Vol. I., p. 225.

[2] *Hunt[ingdoniæ]* Huntyd', Cott.

[3] *sua*] omit, Cott.

[4] *tenentibus*] tenementis, Cott.

[5] *suam*] omit, Cott.

[6] *quod*] quod prædicta ad placita, Cott.

[7] *prædicta*] dicta, Cott.

[8] *Et . . . placitanda*] omit, Cott.

[9] *cujus nec extat*] a quo non exstat, Cott.

[10] *Abbas debet*] debet Abbas, Cott.

[11] *eandem*] omit, Cartul.

[12] *bancleucam*] Banleucam, Cott.

[13] *Hæc . . . recordatur*] supplied from Cott.

[14] *Memorandum*] supplied from Cott.

DLXIII.

Assisæ[1] *et juratæ captæ coram Gilberto de Kirkeby,*[2] *et Johanne de Insula, Justiciariis domini*[3] *Regis, ad assisas in Comitatu Huntindon' capiendas assignatis, apud Sanctum Neotum in crastino Exaltationis Sanctæ Crucis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, vicesimo primo.*

A.D. 1293, Sept. 15. Concerning certain liberties claimed by Ramsey Abbey.

Dominus Rex mandavit breve suum Justiciariis suis hic, in hæc verba:—

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Gilberto de Kirkeby,[2] et Johanni de Insula, Justiciariis suis ad assisas in Comitatibus[4] Cantebr[igiæ] et Huntindon[iæ] capiendas, assignatis, salutem.

Quia dilectus nobis in Christo, Abbas de Rameseia,[5] per cartas progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, quas confirmavimus, clamat habere diversas libertates, quibus ipse et prædecessores sui,[6] Abbates ejusdem loci, semper hactenus rationabiliter usi sunt, et gavisi, sicut dicit.

Vobis mandamus, quod ipsum Abbatem libertatibus suis prædictis coram vobis uti et gaudere permittatis, prout ipse et prædecessores sui prædicti libertatibus illis semper hactenus usi[7] sunt rationabiliter et gavisi.

Teste me ipso apud Westmonasterium, primo die Augusti, anno regni nostri vicesimo primo.

Et super hoc venerunt ballivi prædicti Abbatis.

Et dicunt, quod prædictus Abbas et prædecessores sui, Abbates de Rameseia,[8] usi sunt tali libertate, scilicet placitandi omnia brevia novæ disseisinæ et mortis antecessoris per ballivos suos, infra bancleucam[9] de Rameseia,[10] de tenementis

---

[1] Also on Assize Roll, N. 2/8/5, rot. 16.

[2] *Kirkeby*] Kyrkeby, Roll.

[3] *domini Regis*] supplied from Roll.

[4] *Comitatibus . . Huntindoniæ,*] comitatu Hunt', Cartul.

[5] *Rameseia*] Rammeseye, Roll.

[6] *sui*] originally written *suos* in Cartul., but afterwards altered.

[7] *usi sunt rationabiliter*] rationabiliter usi sunt, Roll.

[8] *Rameseia*] Rammes', Roll.

[9] *bancleucam*] banleucam, Roll.

[10] *Rameseia . . . . memoria*] Rammes', a tempore cujus non extat memoria, de tenementis infra procinctum prædictæ banleucæ, Roll.

infra procinctum banleucæ prædictæ, a tempore quo non extat memoria.

Et quod Justiciarii, temporibus[1] retroactis, in comitatu isto ad assisas capiendas assignati, consueverunt liberare ballivis prædicti Abbatis de libertate prædicta omnia hujusmodi brevia, tam novæ disseisinæ quam mortis antecessoris, contingentia[2] tenementa infra eandem[3] libertatem, placitanda per ballivos[4] prædicti Abbatis, et cætera.

Et petunt hujusmodi brevia de tenementis infra libertatem prædictam eis liberari.

Et Robertus de Bedehampton',[5] Willelmus Launcelyn, Willelmus de Brogthon',[6] Rogerus de[7] Lutilbyre,[8] Walterus de Mellesworth',[9] Robertus le Freman de Weston', Alexander Walkelyn,[10] Radulphus le Noreis,[11] Robertus le Somenour, Johannes Gocelyn, Willelmus le Bret, Thomas le Franchomme,[12] Adam le Freman de[13] Cony[tone], Johannes de Stokes, et Willelmus de Pappeworthe,[14] jurati, requisiti qualiter prædictus Abbas de Rameseia[15] et prædecessores sui usi sunt prædicta libertate, et qualiter fieri consuevit in casibus consimilibus, temporibus[1] retroactis, per Justiciarios assignati, et cætera, dicunt,[16] quod Justiciarii, tam itinerantes quam assignati, a tempore cujus non extat memoria, tempore domini Regis nunc, et progenitorum suorum Regum Angliæ, liberare consueverunt omnia brevia novæ disseisinæ et mortis antecessoris, de tenementis infra procinctum banleucæ de Rameseia,[15] ballivis libertatis prædictæ placitanda infra eandem libertatem, per ballivos ejusdem libertatis.

Et quod[17] prædictus Abbas et prædecessores sui, a tempore quo non currit memoria, hucusque, sine temporis interruptione, f. c. v^{xx}. xiii. b.
usi sunt placitandi omnia hujusmodi brevia per ballivos suos infra libertatem prædictam.

---

1 *temporibus retroactis*] retroactis emporibus, Roll.

2 *contingentia*] tangentia, Roll.

3 *eandem*] supplied from Roll.

4 The letter *d* occurs in the Cartul. after *ballivos*, but is marked with a dot of subpunction.

5 *Bedehampton'*] Bedehanton', Roll.

6 *Brogthon'*] Brocton', Roll.

7 *de*] le, Cartul.

8 *Lutilbyre*] Lyttebyr', Roll.

9 *Mellesworth'*] Molliswrth', Roll.

10 *Walkelyn*] Waukelyn, Roll.

11 *Noreis*] Noreys, Roll.

12 *Franchomme*] Fraunchome, Roll.

13 *de Cony[tone]*] supplied from Roll.

14 *Pappeworthe*] Pappewrth', Roll.

15 *Rameseia*] Rammes', Roll.

16 A hand is drawn here in the margin of the Cartulary.

17 *quod*] omit, Cartul.

Ideo omnia brevia, tam novæ[1] disseisinæ, quam mortis antecessoris, infra procinctum bancleucæ[2] prædictæ, liberentur[3] ballivis prædicti Abbatis, et[4] cætera, scilicet:—

Breve mortis antecessoris, quod[5] Johannes le Webstere[6] arrainavit versus Johannem Poul,[7] de tenementis in[8] Biry.

Breve mortis antecessoris, quod[5] Willelmus Gerard' arrainavit versus Abbatem de Rameseia,[9] de tenementis in Rameseia.[9]

Breve mortis antecessoris, quod[5] Johanna filia Willelmi de Barthon'[10] arrainavit versus Eliam[11] le Boltere, de tenementis in Rameseia.[9]

Breve[12] mortis antecessoris, quod[5] Willelmus Gerard' arrainavit versus Abbatem de Rameseia,[9] et[13] Willelmum de Valle Dei, de tenementis in Rameseia.[9]

Breve novæ disseisinæ, quod[5] Cristiana Gernon'[14] arrainavit versus Johannem Abbatem de Rameseia,[9] et Johannem[15] Huberd', de communa pasturæ in Bery.[16]

Breve novæ disseisinæ, quod[5] Ricardus filius Walteri Attestone[17] arrainavit versus Abbatem de Rameseia,[9] et alios in brevi, de tenementis in[18] Heittmundgrave.[19]

Breve mortis antecessoris, quod[5] Willelmus filius Nicholai atte Ston, qui infra ætatem est, arrainavit versus Ricardum filium Walteri de Rameseia,[9] de tenementis in Rameseia.[9]

Breve[20] novæ disseisinæ, quod[5] Willelmus Russel, et Mariota uxor ejus arrainaverunt versus Amiciam de Parys et alios, in brevi, de tenementis in Rameseia.[9]

Et[21] breve novæ disseisinæ, quod[5] Rogerus Heryng'[22] arrainavit versus Willelmum le Rydeman,[23] et alios, in brevi, de tenementis in Heitmundegrave.[24]

---

[1] *novæ . . . antecessoris*] mortis antecessoris, quam novæ disseisinæ, Roll.

[2] *bancleucæ*] banleucæ, Roll.

[3] *liberentur*] liberantur, Roll.

[4] *et cætera*] supplied from Roll.

[5] *quod*] quam, Roll.

[6] *Webstere*] Webbestere, Roll.

[7] *Poul*] Pouel, Roll.

[8] *in Biry*] Bury, Roll.

[9] *Rameseia*] Rammes', Roll.

[10] *Barthon'*] Barton, Roll.

[11] *Eliam*] Elyam, Roll.

[12] See Patent Roll, 20 Edw. I. m. 29 d.

[13] *et . . . Dei*] supplied from Roll.

[14] *Gernon'*] Gernoun, Roll.

[15] *Johannem*] Joh'am, Roll.

[16] *Bery*] Biry, Roll.

[17] *Attestone*] Atteston, Roll.

[18] *in*] omit, Roll.

[19] *Heittmundgrave*] Heytmundgrave, Roll.

[20] See Patent Roll, 20 Edw. I. m. 16 d.

[21] *Et*] omit, Roll.

[22] *Heryng'*] Hering', Roll.

[23] *Rydeman*] Redeman, Roll.

[24] *Heitmundegrave*] Heytmundesgrave, Roll.

DLXIV.

Placita[1] *apud Westmonasterium, coram Willelmo de Bereford et sociis suis, Justiciariis domini Regis de Banco, termino Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, quarto decimo.*

Adhuc de quindena Sancti Michaelis.

Hunt[ingdonia].

Johannes Moriz et Agnes uxor ejus, per Willelmum Ganet, attornatum suum, petit versus Ricardum le Parker de Hannes et Matillidem uxorem ejus, tertiam partem unius mesuagii, cum pertinentiis, in Rameseye, ut dotem ipsius Agnetis, ex donatione Willelmi de Wassyngle junioris, quondam viri ipsius Agnetis, et cætera.

A.D. 1320, Oct. 9— Nov. 28. Pleading between John Moriz and Agnes his wife, and Richard le Parker of Hannes and Matilda his wife, concerning a messuage in Ramsey.

Et Ricardus et Matilldis, per Henricum de Sturreye, attornatum suum venit.

Et super hoc veniunt ballivi libertatis banleucæ[2] Abbatis de Rameseye.

Et petunt inde curiam libertatis suæ prædictæ.

Et quia hujusmodi libertas eis allocata fuit, termino Sanctæ Trinitatis ultimo, rotulo ducentesimo quarto,[3] inter Johannem Clerevaus de Upwode et Isabellam uxorem ejus, querentes, et Johannem de Clerevaus capellanum, de placito conventionis de tenementis in Rameseye.

Ideo habeant libertatem suam in placito isto.

Et ballivi præfixerunt diem partibus, apud Smythescroft, die Jovis proxima post festum Sancti Nicholai.

Et dictum est eis, quod partibus celerem justitiam exhibeant alioquin, et cætera.

Libertas.

---

[1] De Banco Roll, Mich., 14 Edward II., rot. 57d. This and the two following documents do not occur in the Cartulary, but are added here for the sake of completeness.

[2] *banleucæ*] interlined in Roll.

[3] This pleading cannot be found. The reference is incorrect.

DLXV.

Placita[1] *apud Westmonasterium, coram Willelmo de Bereford' et sociis suis, Justiciariis domini Regis de Banco, de termino Sancti Hillarii, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, quarto decimo. Bereford'.*

Adhuc de quindena Sancti Hillarii.

Hunt[*ingdonia*].

A.D. 1321. Jan. 27. Pleading between Walter, son of Stephen Legat and William Gerneys of Ramsey, concerning land in Ramsey.

Walterus filius Stephani Legat petit versus Willelmum Gerneys de Rammeseye unam acram terræ, et medietatem unius mesuagii, cum pertinentiis, in Rammeseye et Upwode, ut jus et hereditatem suam.

Et in quas idem Willelmus non habet ingressum, nisi per Gervasium le Acatour, cui Johannes Legat, quondam vir Emmæ Legat, aviæ prædicti Walteri, cujus heres ipse est, illas dimisit, cui ipsa Emma in vita sua contradicere non potuit et cætera.

Et Willelmus, per Ricardum de Morton', attornatum suum, venit.

Et super hoc veniunt ballivi libertatis baleucæ Abbatis de Rammeseye.

Et petunt inde curiam libertatis suæ prædictæ.

Et quia hujusmodi libertas eis allocata fuit, termino Sancti Michaelis ultimo, rotulo quinquagesimo septimo,[2] inter Johannem Moriz et Agnetem uxorem ejus, petentes, et Ricardum le Parker de Hannes et Matillidem uxorem ejus, tenentes, de tertia parte unius mesuagii, cum pertinentiis, in Rameseye, quam Johannes et Agnes clamant in dotem ipsius Agnetis.

Ideo habeant libertatem suam in placito isto.

Et ballivi præfixerunt diem partibus, apud Smythescroft, die Lunæ proxima post clausum Paschæ.

Et dictum est eis, quod partibus celerem justitiam ex[h]ibeant alioquin, et cætera.

DLXVI.

Placita[3] *apud Westmonasterium, coram Willelmo de Bereford', et sociis suis, Justiciariis domini Regis de Banco, de termino Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, decimo octavo.*

Adhuc de Octabis Sancti Martini.

Hunt[*ingdonia*].

A.D. 1324. Oct. 13. Pleading between

Johannes filius Alani le Barkere de Rameseye petit versus Johannen de Morton', Capellanum, et Rogerum fratrem ejus,[4]

---

[1] De Banco Roll, Hilary, 14 Edward II., rot. 109 d.

[2] See preceding document.

[3] De Banco Roll, Mich. 18 Edward II., rot. 338 d.

[4] *ejus*] interlined in Roll.

duas acras prati, cum pertinentiis, in Heyghtmundegrave, ut jus et hereditatem suam, et in quas iidem Johannes de Morton', et Ricardus non habent ingressum, nisi per Radulphum de Morton', cui Alanus le Barkere, pater prædicti Johannis filii Alani, cujus heres ipse est, illas dimisit ad terminum qui præteriit, et cætera. John, son of Alan le Barkere of Ramsey and John de Morton, concerning land in Heyghtmundegrave.

Et modo venit, tam prædictus Johannes, quam prædicti Johannes de Morton' et Rogerus, et cætera.

Et super hoc veniunt ballivi libertatis banleuci Abbatis de Rameseye.

Et petunt inde curiam suam.

Et quia hujusmodi libertas[1] alias eis allocata fuit, prout patet termino Sancti Hillarii, anno regni domini Regis nunc quarto decimo, rotulo centesimo nono,[2] inter Walterum[3] filium Stephani Legat, petentem, et Willelmum Gerneyse, tenentem, de tenementis in Rameseye.

Ideo habeant libertatem suam in placito isto.

Et iidem Ballivi præfixerunt diem partibus, apud Smythescroft, die Lunæ proxima post festum Epiphaniæ Domini.

Et dictum est eis, quod partibus celerem justitiam exhibeant alioquin, et cætera. *Libertas.*

DLXVII.

Allocatio libertatis banleucæ Abbatis de Rameseia, termino Michaelis, anno regni Regis Edwardi Tertii a Conquestu tertio.

Hunt[ingdonia].[4]

Johannes de Smalwode, per Rogerum de Jakele, attornatum suum, petit versus Johannem filium Willelmi de Wassingle,[5] unum mesuagium, cum pertinentiis, in Rameseye, quod Johannes de Sulgrave dedit Johanni filio Roberti de Smalwode, in liberum maritagium, cum Agnete consanguinea ejusdem Johannis de Sulgrave, et quod, post mortem prædictorum Johannis filii Roberti et Agnetis, præfato Johanni de Smalwode, filio et heredi eorumdem Johannis filii Roberti et Agnetis, descendere debet, per formam donationis prædictæ, et cætera. A.D. 1329. Oct. 9—28. Pleading between John de Smalwode and John son of William Wassingle, concerning a messuage in Ramsey.

---

[1] *libertas*] interlined in Roll.

[2] *See* preceding document.

[3] *Walterum*] Willelmum, MS.

[4] Also on De Banco Roll., Mich. 3 Edward III., rot. 143 d. The word *Huntingdonia* is supplied from Roll.

[5] *Wassingle*] Wassyngle, Roll.

Et Johannes filius Willelmi, per Ambrosium de Chalvesterne, attornatum suum, venit.

Et super hoc veniunt ballivi libertatis banleucæ Abbatis de Rameseye,

Et proferunt breve domini Regis nunc,[1] in hæc verba :—

A.D. 1329. October 15. The King's writ to the Justices of the Bench, enjoining them to permit the Abbot of Ramsey to use and enjoy the liberties in the banlieu which he claimed under a royal charter.

Edwardus, Dei[2] gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Justiciariis suis de Banco, salutem.

Quia dilectus nobis in Christo Abbas de Rameseye, per cartam domini Henrici, dudum Regis Angliæ, progenitoris nostri, clamat habere, infra banleuciam[3] suam de Rameseye, diversas libertates, quibus ipse, et prædecessores sui, Abbates loci prædicti, infra eandem banleuciam[4] semper hactenus, a tempore confectionis cartæ prædictæ, rationabiliter usi sunt et gavisi, sicut[5] dicit.

Vobis mandamus, quod ipsum Abbatem libertatibus prædictis coram vobis in Banco prædicto, uti et gaudere permittatis, juxta tenorem cartæ prædictæ, et eas ei in eodem Banco allocari faciatis, prout idem Abbas libertatibus illis uti et gaudere debet, et ipse, et prædecessores sui prædicti eis semper hactenus, a tempore prædicto, uti et gaudere consueverunt et[6] libertates prædictæ eis ibidem hactenus allocatæ fuerunt.

Teste me ipso, apud Dunestaple,[7] decimo[8] quinto die Octobris, anno regni nostri tertio.

Unde iidem ballivi petunt libertatem banleuciæ[9] suæ prædictæ in placito isto.

Et quia hujusmodi libertas alias, scilicet termino Sancti Michaelis, anno regni domini Edwardi Regis, patris domini Regis nunc, decimo octavo eis allocata fuit, ut patet, rotulo trecentesimo tricesimo octavo ejusdem termini,[10] inter Johannem

---

1 *nunc*] supplied from Roll.

2 *Dei . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul.

3 *banleuciam*] the *i* is underlined in this word in the Cartulary ; banleucam, Roll.

4 *banleuciam*] banleucam, Roll.

5 *sicut dicit*] supplied from Roll.

6 *et*] supplied from Roll.

7 *Dunestaple*] Donestaple, Roll.

8 *decimo quinto*] vicesimo, Roll. The King was at Dunstable on both days, so that it is doubtful where the error lies.

9 *banleuciæ*] the *i* in this word is interlined in the Cartulary ; Banleucæ, Roll.

10 See No. DLXVI. p. 70.

filium Alani le Baker'[1] de Rameseye, petentem, et Johannem de Morton', Capellanum, et Rogerum fratrem ejus, tenentes, de tenementis in Heitmundegrave.[2]

Et similiter, termino Sancti Hillarii, anno regni ejusdem Regis Edwardi patris, et cætera, quarto decimo, rotulo centesimo nono,[3] inter Walterum filium Stephani Legat, petentem, et Willelmum Gernais [4] de Rameseia,[5] tenentem, de tenementis in Rameseia [5] et Upwode.

Et etiam termino Sancti Michaelis, anno ejusdem Regis Edwardi patris, et[6] cætera, quarto decimo, rotulo quinquagesimo septimo,[7] inter Johannem Moriz, et Agnetem uxorem ejus, petentes, et Ricardum le Parker' de Hannes et Matildam uxorem ejus, tenentes, de tertia parte unius mesuagii, cum pertinentiis, in Rameseye, et cætera.

Ideo habeant libertatem suam in placito isto.

Et ballivi præfixerunt partibus diem apud Smethecroft',[8] die Martis proxima post festum Circumcisionis Domini.

Et dictum est eis, quod celerem justitiam partibus exhibeant, alioquin redeant,[9] et cætera.

Rotulo centesimo quadragesimo tertio. *Libertas.*[10]

DLXVIII.

Libertas banleucæ Rameseiæ, allocata in Banco Regis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, decimo octavo. f. c. vxx. xiiii.

Huntingdonia.[11]

Robertus de Cotes de Wystowe in misericordia pro pluribus defaltis.

A.D. 1325. April 24—May 20. Pleading between the Abbot of Ramsey and Robert de Cotes of Wistow, concerning

Idem Robertus attachiatus fuit ad respondendum Abbati de Rameseye, de placito, quare vi et armis arbores ipsius Abbatis, in bosco suo apud Wystowe nuper crescentes, ad valentiam decem librarum, noctanter[12] succidit et asportavit, et

---

1 *Baker'*] Barkere, Roll.

2 *Heitmundegrave*] Heyghtmundegrave, Roll.

3 *See* No. DLXV., p. 70.

4 *Gernais*] Gerneys, Roll.

5 *Rameseia*] Rammeseye, Roll.

6 *et cætera*] omit, Roll.

7 *See* No. DLXIV., p. 69.

8 *Smethecroft'*] Smythescroft', Roll.

9 *redeant*] omit, Cartul.

10 *Libertas*] omit, Cartul.

11 Also on Coram Rege Roll, Easter, 18 Edward II., rot. 49.

12 *noctanter*] notanter, Cartul.

cutting and carrying away trees from the Abbot's wood at Wistow. A.D. 1324. Feb. 7.

alia enormia ei[1] intulit, et cætera, ad grave damnum, et cætera, et contra pacem, et cætera.

Et unde idem Abbas, per Johannem de Dene, attornatum suum, queritur, quod prædictus Robertus, die Lunæ proxima post festum Purificationis Beatæ Mariæ, anno regni Regis nunc decimo septimo, vi et armis, scilicet gladiis, arbores ipsius Abbatis, videlicet, quercus et corulos et[2] fraxinos, in bosco suo apud Wystowe nuper[3] crescentes, ad valentiam decem librarum, noctanter[4] succidit et asportavit.

Unde dicit, quod deterioratus est, et damnum habet, ad valentiam viginti librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Et prædictus Robertus, per Johannem de Turneie,[5] attornatum suum, venit et defendit vim et injuriam, quando et cætera.

Et super hoc, venit prædictus Johannes de Dene, attornatus prædicti Abbatis, ad libertates suas calumniandas, et cætera.

Et calumniat inde libertatem banleucæ[6] de Rameseye.

Et quia hujusmodi libertas alias[7] in consimili casu ei est allocata in[8] curia hic, scilicet, in[9] termino Sanctæ Trinitatis, anno regni Regis nunc quarto decimo, rotulo undecimo,[10] inter Benedictum de Nowers, querentem, et Johannem Chaceden.

Et etiam termino Sancti Michaelis, anno regni Regis nunc septimo, Rotulo[11] nonagesimo primo[12] inter Abbatem de Rameseye, querentem, et Willelmum Gerneis[13] et alios.

Ideo prædictus Abbas habeat inde libertatem, et cætera.

Et prædictus attornatus præfixit diem partibus coram Senescallo prædicti Abbatis, apud Smethecroft', infra banleucam[14] prædictam, die Lunæ in crastino Sanctæ Trinitatis.

---

[1] *ei intulit*] omit, Roll. The words are marked in the Cartulary with dots of subpunction.

[2] *et fraxinos*] interlined in Roll.

[3] *nuper*] repeated in Roll.

[4] *noctanter*] notanter, Cartul.

[5] *Turneie*] Turneye, Roll.

[6] *banleucæ de Rameseye*] interlined in Roll.

[7] *alias*] omit, Cartul.

[8] *in*] interlined in Roll.

[9] *in*] omit, Roll.

[10] The Roll of Trinity Term 14 Edw. II. has been so much injured by damp, that the pleading here referred to has been completely destroyed.

[11] *Rotulo . . . primo*] supplied from Roll.

[12] This reference is incorrect. The pleading cannot be found.

[13] *Gerneis*] Gerneys, Roll.

[14] *banleucam*] balneucam, Roll.

Et dictum est ei, quod partibus[1] celerem justitiam exhibeat, alioquin quod redeant.

Termino Paschæ, Rotulo quadragesimo nono.

DLXIX.

Placita coram domino Rege, apud Westmonasterium, de termino Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu quinto.

Breve Regis missum Vicecomiti in hæc verba:

Edwardus, et cætera, Vicecomiti Hunt[ingdoniæ], salutem. A.D. 1330. Sept. 13.

Writ of pone to bring up Henry Hardy concerning trespass on certain pasture at Ramsey. *Allocatio libertatis de Rameseia.*

Si Robertus de Buker fecerit te securum de clamio suo prosequendo, tunc pone, per vadium et salvos plegios, Henricum Hardy, quod sit coram nobis, a die Sancti Michaelis in tres septimanas, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ostensurus quare, vi et armis, herbam ipsius Roberti, ad valentiam quadraginta solidorum, apud Rameseiam nuper crescentem, cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit, et consumpsit, et alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius Roberti, et contra pacem nostram.

Et habeas ibi nomina plegiorum, et hoc breve.

Teste me ipso apud Notingham, decimo tertio die Septembris, anno regni nostri quarto.

Henricus[2] Hardy[3] in misericordia pro pluribus defaltis.

Huntingdonia.

Pleading between Robert de Biker and Henry Hardy concerning the same.

Idem Henricus Hardy[4] attachiatus fuit ad respondendum Roberto de Biker, de[5] placito, quare vi et armis, herbam ipsius Roberti ad valentiam quadraginta solidorum, apud Rameseye nuper crescentem, cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit, et consumpsit, et alia enormia et cætera, ad grave damnum et cætera, et contra pacem et cætera.

Et unde idem Robertus, per Johannem de[6] Eton', attornatum suum, queritur, quod prædictus Henricus, die Jovis proxima post festum Ascensionis Domini, anno regni domini

---

[1] *partibus*] partibus quod, Cartul.

[2] Also on Coram Rege Roll, Mich. 5 Edward III., rot. 141 d.

[3] *Hardy*] Hardi, Roll.

[4] *Hardy*] omit, Roll.

[5] *de placito*] omit, Cartul.

[6] *de Eton'*] interlined in Cartul.

Regis nunc quarto, vi et armis, scilicet gladiis, arcubus, et sagittis, herbam ipsius Roberti ad valentiam et cætera, apud Rameseye nuper crescentem, cum quibusdam averiis, scilicet, cum bobus, vaccis et bidentibus depastus fuit, conculcavit et consumpsit, et alia enormia et cætera, et contra pacem et cætera.

Unde dicit, quod deterioratus est.

Et damnum habet ad[1] valentiam centum solidorum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Et Henricus Hardy,[2] per Johannem de[3] Turneye, attornatum suum, venit.

Claim by the Abbot of Ramsey of the liberty of the banlieu.

Et super hoc venit Johannes de Hunt[ingdonia], attornatus ipsius[4] Abbatis de[5] Rameseia, ad libertates suas calumniandas.

Et petit inde libertatem banleucæ de Rameseye.

Et dictum est ei, quod ostendat curiæ, per quod hujusmodi libertas ei allocari debeat.

Et super hoc idem attornatus profert quoddam breve domini Regis in hæc verba:—

A.D. 1331, October 20. The King's writ to the Justices, enjoining them to permit the Abbot of Ramsey to use and enjoy the liberties which he claimed under royal charters.

f. c. v^xx. xiiii. b.

Edwardus, Dei[6] gratia Rex Angliæ, dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido le Scrop', et sociis suis Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.

Quia dilectus nobis in Christo Abbas de Rameseye, per cartas progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, clamat habere, infra banleucam de Rameseye, diversas libertates, quibus ipse et prædecessores sui, Abbates loci prædicti, semper hactenus, a tempore confectionis cartarum prædictarum, rationabiliter usi sunt et gavisi, sicut dicit.

Vobis mandamus, quod ipsum Abbatem libertatibus prædictis coram vobis, uti et gaudere permittatis, juxta tenorem cartarum prædictarum, prout eis uti et gaudere debet, idemque Abbas et prædecessores sui prædicti libertatibus illis, infra eandem banleucam,[7] semper hactenus a tempore prædicto, uti et gaudere consueverunt.

---

1 *ad valentiam*] omit, Cartul.

2 *Hardy*] Hardi, Roll.

3 *de*] omit, Roll.

4 *ipsius*] omit, Cartul.

5 *de Rameseia*] omit, Roll.

6 *Dei . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul.

7 *banleucam*] balnleucam, Cartul.

Teste me ipso apud Windeshor',[1] vicesimo die Octobris, anno regni nostri quinto.

Et super hoc, venit[2] idem attornatus, et[3] petit prædictam libertatem in placito isto prædicto Abbati allocari.

Et quia prædictus attornatus non ostendit hic aliquam cartam domini Regis, aut alicujus progenitorum suorum, unde in prædicto brevi fit mentio, per quam hujusmodi libertas ei allocari debeat, dictum[4] est attornato ipsius Abbatis, quod si idem Abbas aliquam cartam domini Regis aut progenitorum suorum habeat, per quam hujusmodi libertas ei allocari debeat, illam habeat coram Rege, in octabis Purificationis Beatæ Mariæ ubicumque et cætera, ut ulterius et cætera.

Idem dies datus est partibus prædictis, et cætera, per attornatos suos hic in Banco, et cætera.

Ad quem diem veniunt partes prædictæ coram Rege, per prædictos attornatos suos.

Et prædictus attornatus prædicti Abbatis profert hic quamdam cartam cujusdam Henrici Regis progenitoris domini Regis nunc, in hæc verba:—

Henricus,[5] Rex Angliæ, et Dux Normanniæ et Aquitaniæ, et Comes Andegaviæ, Episcopo Lincoln'[6] et omnibus Baronibus de Hunting'schyre,[7] Francis et Anglis, salutem. A.D. 1154-1160. Grant of sac and soc and other liberties around the church.

Sciatis me concessisse Deo, et Sancto Benedicto, et ecclesiæ de Rameseia, et Waltero[8] Abbati, et successoribus suis inperpetuum, sakam[9] et sokam, et[10] thol et theam, et[10] infangenthef,[11] et[10] forstal, et[10] blodwyt,[12] et murdrum, et inventionem thesauri, et omnes alias libertates coronæ meæ pertinentes, in terra sua, quam habent infra unam leugatam circa ecclesiam Sancti Benedicti, et omnia alia placita coronæ meæ pertinentia, sicut ego ipse melius et plenius habeo in regno meo, et sicut Rex Henricus, avus meus, ecclesiæ præfatæ concessit, et carta sua confirmavit.

---

[1] *Windeshor'*] Wyndesore, Roll.
[2] *venit*] omit, Roll.
[3] *et*] omit, Roll.
[4] *dictum . . . debeat*] omit, Cartul.
[5] *See* Vol. II., p. 84.
[6] *Lincoln'*] Lincolie, Roll.
[7] *Hunting'schyre*] Huntendonescira, Roll.
[8] *Waltero . . . et*] omit, Cartul.
[9] *sakam et sokam*] sacam et socam, Roll.
[10] *et*] omit, Cartul.
[11] *infangenthef*] infangenetheef', Roll.
[12] *blodwyt*] blodwit, Roll.

Sitque illa leugata inperpetuum quieta de visionibus forestariorum, et essartis, et omnibus aliis querelis.

Testibus, Thoma Cancellario, et Reginaldo Comite Cornubiæ, et Roberto Comite Les', et Roberto de Novo Burgo, apud Lincoln'.

Et petit prædictam libertatem prædicto Abbati allocari.

Et quia hujusmodi libertas alias ei extitit allocata, ut patet termino Paschæ, anno regni domini Edwardi, nuper Regis Angliæ[1] patris domini Regis nunc, decimo octavo, rotulo quadragesimo nono,[2] super quodam placito transgressionis inter Abbatem de Rameseye, querentem, et Robertum de Cotes de Wystouue.[3]

Ideo idem Abbas habeat libertatem suam in placito isto.

Et prædictus attornatus præfixit diem partibus, coram Senescallo prædictæ libertatis, apud Smethecroft, infra banleucam[4] prædictam, die Lunæ proxima post medium[5] Quadragesimæ.

Et dictum est eis, quod partibus celerem justitiam exhibeant, et cætera, alioquin et cætera.

Rotulo centesimo quadragesimo primo.

DLXX.

Allocatio libertatis banleucæ de Rameseia, in Communi Banco, inter Abbatem de Rameseia, petentem, et Jacobum Grubbe, tenentem.

De quindena Michaelis, anno sexto Regis Edwardi Tertii a conquestu.

Rotulo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Huntingdonia.[6]

A.D. 1332. October 13. Pleading between Simon, Abbot of Ramsey and

Simon, Abbas de Rameseia, per Ricardum Hillary attornatum suum, petit versus Jacobum Grubbe,[7] unum mesuagium, cum pertinentiis, in Rameseye, ut jus ecclesiæ suæ Sancti Benedicti de Rameseye, et in quod idem Jacobus

1 *Angliæ*] omit, Cartul.
2 *See* No. DLXVIII., p. 73.
3 *Wystouue*] Wystowe, Roll.
4 *banleucam*] baleucam, Roll.
5 *medium*] mediam, Roll.
6 Also on De Banco Roll, Mich. 6 Edward III., rot. 462 d.
7 *Grubbe*] Grobbe, Roll.

non habet ingressum, nisi post dimissionem quam Hugo, quondam Abbas de Rameseye, prædecessor prædicti Abbatis, sine licentia et voluntate capituli sui, inde fecit Roberto Grubbe[1] et Dyonisiæ[2] uxori ejus, et cætera. James Grubbe, concerning a messuage in Ramsey.

Et est data brevis sexto decimo die Martii, anno regni domini Regis nunc sexto, et cætera. *Sexto*[3] *decimo Martii, anno sexto.* [1332.]

Et Jacobus, per Johannem de Leccheworth,'[4] attornatum suum, venit.

Et super hoc veniunt ballivi libertatis bancleucæ[5] Abbatis de Rameseye, et petunt curiam suam in placito isto, eo quod prædictum mesuagium est infra libertatem prædictam.

Et quia hujusmodi libertas eis allocata fuit per breve domini Regis nunc, ut patet termino Sancti Michaelis anno regni sui tertio, rotulo centesimo quadragesimo tertio.[6]

Ideo habeant libertatem suam in placito isto.

Et ballivi præfixerunt partibus apud Smethecroft',[7] die Mercurii proxima post festum Circumcisionis Domini proximo futurum.

Et dictum est eis, quod partibus celerem justitiam exhibeant alioquin, et cætera. *Libertas.*[8]

DLXXI.

Placita[10] *apud Norh[amtoniam], coram Galfrido Le Scrop, Lamberto de Trikyngham, Johanne de Cantebrigg', Johanne Randolf', Johanne de Radenhale, et Thoma de Louthe, Justiciariis itinerantibus ibidem, die Lunæ proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu tertio.* *Rex.* f. c. v^{xx}. xvii.[9]

Recordum de maneriis de Bernewell' et Hemmington', cum pertinentiis, habitum in itinere supradicto. A.D. 1329. Nov. 6. Pleading between

[1] *Grubbe*] Grobbe, Roll.

[2] *Dyonisiæ*] Dionisæ, Roll.

[3] *Sexto . . . sexto*] supplied from Roll.

[4] *Leccheworth'*] Lechesworth', Roll.

[5] *bancleucæ*] banleucæ, Roll.

[6] See p. 72 for this writ.

[7] *Smethecroft'*] Smithescroft', Roll.

[8] *Libertas*] supplied from Roll.

[9] folios c. v^{xx}. xv. and c. v^{xx}. xvi. are entirely blank.

[10] This is the title given at the commencement of the Assize Roll, M. 4/21/1, on which this pleading occurs, rot. 19 d. The Cartulary has merely, *Placita in itinere Norhampton', anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu tertio, coram Galfrido Scrop.*

John, son of Geoffrey de Southorp and others, and the Abbot of Ramsey, concerning the manors of Barnwell and Hemington.

Johannes filius Galfridi de Southorp',[1] et Walterus de Nauton',[2] et Johanna uxor ejus, per ipsum Johannem, attornatum ipsorum Walteri et Johannæ, petunt versus Abbatem de Rameseye, maneria de Bernewell' et Emyngton',[3] cum pertinentiis. Quæ Willelmus de[4] Everwik' dedit Bolengero[5] le Moigne[6] et Emmæ uxori ejus, et heredibus de corporibus ipsorum[7] Bolengeri et Emmæ exeuntibus. Et quæ, post mortem prædictorum Bolengeri[8] et Emmæ, et Roseæ,[9] et Margaretæ, filiarum eorumdem Bolengeri[8] et Emmæ, descendere[10] debent, per formam donationis prædictæ, præfato Johanni, filio prædictæ Roseæ,[9] et prædictæ Johannæ, filiæ prædictæ Margaretæ, consanguineis et heredibus prædictorum Bolengeri[8] et Emmæ.[11]

Et[12] unde idem Johannes, Walterus, et Johanna dicunt, quod prædictus Willelmus Deverwic dedit tenementa prædicta, cum pertinentiis, prædictis Bolengero et Emmæ, et heredibus de corporibus ipsorum Bolengeri et Emmæ exeuntibus, per quod donum idem Bolengerus et Emma, de prædictis tenementis fuerunt seisiti, in dominico suo ut de feodo, per formam et cætera, tempore pacis, tempore Henrici Regis, proavi domini Regis nunc, capiendo inde expletias ad valentiam et cætera.

Et de ipsis Bolengero et Emma descendit jus per formam et cætera, prædictis Roseæ et Margeriæ, ut filiabus et heredibus.

Et de ipsa Rosea descendit jus propartis suæ per formam et cætera, isti Johanni, qui nunc petit similiter et cætera, ut filio et heredi et cætera.

Et de prædicta Margareta descendit jus propartis suæ, per formam et cætera, prædictæ Johannæ, quæ nunc petit simul, et cætera, ut filiæ et heredi, et quæ post mortem et cætera, et inde producit sectam et cætera.

Et Abbas, per Johannem de Chetyngdon',[13] attornatum suum, venit, et defendit jus suum, quando et cætera.

---

1 *Southorp'*] Suthorp', Roll.

2 *Nauton'*] Naunton', Roll.

3 *Emyngton'*] Hemyngton', Roll.

4 *de Everwik'*] Deverwyk, Roll.

5 *Bolengero*] Belongero, Roll.

6 *Moigne*] Moneye, Cartul.

7 *ipsorum Bolengeri*] eorundem Belengeri, Roll.

8 *Bolengeri et*] Belengeri, Roll.

9 *Roseæ*] Roesiæ, Roll.

10 *descendere . . . prædictæ*] omit, Roll.

11 *Emmæ*] Emmæ, descendere debent per formam donationis prædictæ et cætera, Roll.

12 *Et unde idem Johannes . . . inde producit sectam et cætera*] omit, Roll.

13 *Chetyngdon'*] Chedyngton', Roll.

Et bene defendit, quod prædictus Willelmus Deverwik'[1] non dedit prædicta maneria, cum[2] pertinentiis, prædictis Bolengero[3] et Emmæ, et[4] heredibus de corporibus suis exeuntibus, sicut prædicti Johannes filius Galfridi, et[5] Walterus de Naunton', et Johanna, per breve suum supponunt.

Et de hoc ponit se[6] super patriam.

Et prædicti Johannes, Walterus, et Johanna similiter.

Ideo præceptum est Vicecomiti, quod venire faciat hic, die Jovis proxima post festum Sancti Andreæ Apostoli,[7] duodecim et cætera, per quos et cætera. Et qui nec et cætera, ad[8] recognoscendum et cætera. Quia tam et cætera.

Ad[9] quem diem venerunt partes prædictæ, per[10] attornatum suum, versus prædictos.

Et similiter juratores, de consensu partium electi, qui dicunt super sacramentum suum, quod prædictus Willelmus Deverwik'[2] non dedit prædicta maneria, cum pertinentiis, prædictis Belengero, et Emmæ, et heredibus de corporibus ipsorum[11] Belengeri et Emmæ exeuntibus, sicut prædicti Johannes filius Galfridi, Walterus, et Johanna, per breve suum supponunt.

Ideo consideratum est, quod prædictus Abbas eat[12] inde sine die.

Et prædicti Johannes, Walterus, et Johanna nihil capiant per breve suum, sed sint in misericordia, pro falso clamio suo.[14] *Misericordia.*[13]

---

[1] *Deverwik'*] Deverwyk', Roll.
[2] *cum pertinentiis*] omit, Roll.
[3] *Bolengero*] Belengero, Roll.
[4] *et . . . exeuntibus*] omit, Roll.
[5] *et*] omit, Cartul.
[6] *se super*] desuper, Cartul.
[7] *Apostoli*] omit, Roll.
[8] *ad recognoscendum et cætera*] omit, Roll.
[9] A hand is drawn here in the margin of the Cartulary.
[10] *per . . . . prædictos*] supplied from Roll.
[11] *ipsorum*] prædictorum, Roll.
[12] *eat*] omit, Roll.
[13] *Misericordia*] supplied from Roll.
The pleading on the Roll is vacated, as appears by this note in the margin, *Vacat', quia alibi.*
[14] *suo*] omit, Roll.

DLXXII.

Placita[1] *de diversis querelis per villatas, coram Galfrido Le Scrop et sociis suis, Justiciariis domini Regis itinerantibus, in Comitatu Norh[amtoniæ] assignatis, die Lunæ proxima post festum omnium Sanctorum, anno regni Regis Edwardi a conquestu tertio.*

A.D. 1329. November 6. Pleading between the Abbot of Ramsey and Hugh Ladde and others, concerning Hardwick.

Hugo Ladde, Galfridus Gerard, Willelmus de Radebourne,[2] Willelmus Dicoun,[3] Robertus de Wynewyke de Bernewelle, Willelmus Waldeman,[4] Henricus Alfred,[5] Robertus de Thyrninge,[6] Ricardus Ladde de Bernewelle, Galfridus Leveriche, et Johannes Golde, attachiati fuerunt ad respondendum Abbati de Rameseia,[7] de placito transgressionis.

Et unde idem Abbas, per Willelmum Ganet', attornatum suum, queritur, quod cum idem Abbas, per Willelmum Clerevaux,[8] ballivum suum in[9] Bernewelle, die Veneris proxima post festum Sancti Petri in Cathedra, anno regni domini Regis nunc quarto, averia prædictorum Hugonis, Galfridi,
f. c. v^xx. xvii. b.[10] Willelmi, Willelmi, Roberti, Willelmi, Henrici, Roberti, Ricardi, Galfridi, et Johannis, in separali dicti[11] Abbatis, in quodam loco qui vocatur Herdewic',[12] per custodes ibidem factam depascendum, et herbam suam ibi[13] crescentem conculcando invenisset. Et prædicta averiá, secundum legem et consuetudinem regni, inparcasse voluisset.

Idemque Hugo et alii, prædicto Willelmo ballivo, prædictis[14] die et anno, de prædictis averiis, vi et armis rescussum fecerunt.

Unde idem[15] Abbas dicit, quod deterioratus est, et damnum habet ad valentiam[16] quadraginta librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

---

1 This is the title given at the commencement of the Assize Roll, M. 4, 21, 1, on which this pleading also occurs, rot. 206. The Cartulary has merely, *Placita in itinere prædicto de separalitate de Herdwik,' pertinente manerio de Bernewelle.*

2 *Radebourne*] Radeburne, Roll.

3 *Dicoun*] Dykoun, Roll.

4 *Waldeman*] Waldman, Roll.

5 *Alfred*] Alred, Roll.

6 *Thyrninge*] Thirnynghe', Roll.

7 *Rameseia*] Rammesseye, Roll.

8 *Clerevaux*] Clerevaus, Roll.

9 *in*] de, Roll.

10 *Iter'* is written in the upper margin of the Cartulary.

11 *dicti*] prædicti, Roll.

12 *Herdewic' . . . depascendum*] Herdewyk',depascendo per custodes factam, Roll.

13 *ibi*] ibidem, Roll.

14 *prædictis . . . anno*] eodem die, Roll.

15 *idem Abbas*] omit, Roll.

16 *valentiam*] damnum habet ad valentiam, Roll.

Et Hugo et alii veniunt, et defendunt vim et cætera, ubi[1] et quando et cætera.

Et dicunt, quod in nullo sunt culpabiles.

Et de hoc ponunt se super patriam.

Et prædictus Abbas similiter.

Ideo venit inde[2] jurata hic, die Lunæ proxima post quinque septimanas Paschæ. Et quæ[3] nec et cætera. Quia tam et cætera.

Ad quem diem venit, tam prædictus Abbas, per attornatum suum prædictum, quam prædictus Hugo Ladde[4] et alii, per Willelmum de Radeborne,[5] attornatum suum.

Et similiter Juratores,[6] qui de consensu partium electi et jurati, qui dicunt super sacramentum suum, quod prædicti Hugo, Galfridus, Willelmus, Willelmus, Robertus, Willelmus, Henricus, Robertus, Ricardus, Galfridus, et Johannes, de prædicto Willelmo Clerevaux,[7] ballivo[8] et cætera, die et anno prædictis, prædicta[9] averia, vi et armis rescusserunt, sicut prædictus Abbas queritur, ad damnum prædicti[10] Abbatis quinque marcarum.

Ideo consideratum est, quod prædictus Abbas recuperet, versus præfatos Hugonem et alios, damna sua prædicta.

Et prædicti Hugo et alii capiantur.

Et prædicti Hugo et alii, præsentes in curia, committuntur in custodia Vicecomitis, videlicet Thomæ Wake.[11]

Postea venit prædictus Abbas, per attornatum suum prædictum. Et cognoscit, quod satisfactum est ei de damnis prædictis.

Et super hoc venit[12] prædictus Hugo, et[13] fecit finem cum domino Rege pro transgressione prædicta, pro[14] sexdecim denariis, per plegium Henrici Beneyt,[15] et Johannis Crouland'.[16] *Fin. xvi. d.*

Et prædictus Galfridus, per plegium prædictum,[17] pro sexdecim denariis. *Fin. xvi. d.*

---

[1] *ubi et*] omit, Cartul.

[2] *inde*] omit, Roll.

[3] *quæ*] qui, Roll.

[4] *Ladde*] omit, Cartul.

[5] *Radeborne*] Radeburne, Roll.

[6] A hand is drawn here in the margin of the Cartulary.

[7] *Clerevaux*] Clerevaus, Roll..

[8] *ballivo*] omit, Cartul.

[9] *prædicta averia*] de prædictis averiis, Cartul.

[10] *prædicti*] ipsius, Roll.

[11] Thomas Wake, of Blysworth, was sheriff of Northamptonshire in 4 Edward III. (A.D. 1330, Jan. 25–1331, Jan. 24).

[12] *venit*] vero, Cartul.

[13] *et*] omit, Cartul.

[14] *pro sexdecim denariis*] omit, Roll.

[15] *Beneyt*] Benet, Roll.

[16] *Crouland'*] de Croyland videlicet pro sexdecim denariis, Roll.

[17] *prædictum*] prædictos, Roll.

Fin. xvi d. Et prædictus Willelmus, per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et[1] Willelmus Arbon, per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et Robertus, per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et[2] Willelmus Waldeman, per plegium prædictum, pro[3] sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et Henricus Alfred,[4] per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et Robertus de Thirnynge, per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et Ricardus Ladde, per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et Galfridus Leveriche, per plegium prædictum, pro sexdecim denariis.

Fin. xvi. d. Et Johannes Golde, per plegium prædictum,[5] pro sexdecim denariis.

re. pr.[6] De[7] vill[atis], Rotulo decimo octavo.

DLXXIII.

Placita[8] *de diversis querelis per villatas, coram Galfrido Le Scrop et sociis suis, Justiciariis domini Regis itinerantibus in comitatu Norh[amtoniæ] assignatis, die Lunæ proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni Regis Edwardi [Tertii] a conquestu tertio.*

Norhamt[onia].

A.D. 1329. November 6. Abbas de Rameseia[9] summonitus fuit ad respondendum[10]

---

[1] *Et . . . denariis*] supplied from Roll.

[2] *Et . . . denariis*] omit, Roll.

[3] *pro*] interlined in Cartul.

[4] *Alfred*] Alred', Roll.

[5] *prædictum*] omit, Cartul.

[6] These fines occur in the margin of the Roll, but are not given in the Cartul.

[7] *De . . . octavo*] supplied from Roll.

[8] This is the title prefixed to the Assize Roll, M. 4, 21, 1, on which this pleading also occurs, rot. 208. The Cartulary has merely *Placita in eodem itinere Norhampt-[oniæ] per Walterum de Langetone de ducentis marcis.*

[9] *Rameseia*] Rammesseye, Roll.

[10] In the Roll the words *Gilberto de la Bruere et* follow *respondendum*, but have been struck through.

Johanni de Langetone,[1] Executoribus[2] testamenti Walteri de Langetone,[1] nuper Coventrensis et Lych[feldensis] Episcopi, de placito, quod reddat ei ducentas marcas argenti, quas eis[3] injuste detinet, ut dicit.[4]

Pleading between John de Langeton, executor of Walter de Langeton, Bishop of Coventry and Lichfield, and the Abbot of Ramsey, concerning 200 marks.

Et unde idem executor queritur, quod cum quidam Johannes, nuper[5] Abbas Rameseiæ,[6] prædecessor Abbatis qui nunc est, et ejusdem loci conventus, die Veneris proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni Regis Edwardi, avi domini Regis nunc,[7] tricesimo quarto, apud Rameseiam,[8] concessissent[9] se teneri, et per scriptum suum[10] obligassent[11] eidem Waltero, nuper Episcopo et cætera, cujus executor,[12] et cætera, in prædictis ducentis marcis solvendis eidem Episcopo, videlicet ad festum Sancti Michaelis proximo sequens.

De quo quidem debito idem Johannes, quondam Abbas, nec successores sui eidem Episcopo, dum vixit, nihil solverunt, per quod idem Walterus, nuper Episcopus, et cætera, sæpius in vita sua prædictum Abbatem requisivit, quod prædictum debitum ei solveret, qui hoc facere recusavit.

Et similiter prædictus Johannes, executor, et cætera, sæpius post mortem prædicti Episcopi, prædictum Abbatem, qui nunc est, sæpius requisivit, quod prædictum debitum ei solveret, qui hoc facere contradixit, et adhuc contradicit.

Unde dicit, quod deterioratus est, et damnum habet, ad valentiam centum marcarum, et[13] cætera.

Et inde producit sectam, et cætera.

Profert etiam quoddam[14] scriptum obligatorium prædicti Abbatis et ejusdem loci conventus, quod prædictum debitum testatur, in forma prædicta, et cætera.

Et Abbas, per Willelmum Ganet', attornatum suum venit, et dicit, quod non debet præfato executori prædicti Walteri, nuper Episcopi et cætera, ad præsens respondere. f. c. v^{xx}. xviii.[15]

---

[1] *Langetone*] Langtone, Roll. Walter de Langton was elected Bishop of Coventry and Lichfield Feb. 20, 1296, and received the royal assent April 25th. He was consecrated on December 22 in that year, and died Nov. 16, 1321. (Le Neve, Fasti, Vol. I., p. 549).

[2] *Executoribus*] executori, Cartul.

[3] *eis*] ei, Cartul.

[4] *dicit*] dicunt, Roll.

[5] *nuper Abbas*] repeated in Roll. This was John de Saltrey, Abbot of Ramsey from 1285 to 1316.

[6] *Rameseiæ*] de Rammesseye, Roll.

[7] *nunc*] repeated in Roll.

[8] *Rameseiam*] Ramesseye, Roll.

[9] *concessissent*] concessisset, Roll.

[10] *suum*] omit, Cartul.

[11] *obligassent*] obligasset, Roll.

[12] *executor*] executio, Roll.

[13] *et cætera*] omit, Cartul.

[14] *quoddam*] omit, Cartul.

[15] *Norhampton'* is written in the upper margin of the Cartulary.

Dicit enim, quod tempore quo terræ et tenementa præfati[1] Episcopi, et debita quæ eidem Episcopo debebantur, quibusdam de causis, in manu domini Edwardi, patris domini Regis nunc, capta fuerunt, quidam Abbas Rameseiæ,[2] prædecessor Abbatis qui nunc est, attachiatus fuit, quod esset coram Baronibus domini Regis de Scaccario, scilicet, a die Sancti Michaelis in quindecim dies, anno regni Regis Edwardi, patris domini Regis nunc, secundo, ad satisfaciendum domino[3] Regi, de ducentis marcis, in quibus tenebatur Waltero, Coventre et Lych[feldensi] Episcopo, nuper Thesaurario Angliæ, cujus terræ et tenementa, bona et catalla, simul cum debitis suis quibuscumque, ex certis causis, in manu Regis existunt, de præstito eidem Abbati per prædictum Episcopum facto.

Et idem Abbas, per Andream le Moygne, attornatum[4] suum, venit, et non dedicit,[5] quin ipse tenetur eidem Episcopo in debito prædicto, per literas obligatorias ipsius Abbatis penes ipsum Episcopum inde residentes.

Et super hoc dominus Rex, per breve suum de Magno Sigillo, quod est inter Communia de hoc anno secundo, assignavit debitum prædictum Johanni Vanne, et sociis suis,[6] Mercatoribus de Societate Ballardorum de Luca, in partem solutionis debitorum, in quibus eis tenetur, solvendum eisdem Mercatoribus ad terminos subscriptos.

Et Rex inde fieri fecit præfato Abbati literas suas de indemnitate, et cætera, patentes, in hæc verba:—

A.D. 1328. August 16. Edwardus, Dei gratia[7] Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum omnia debita, quæ Waltero, Coventrensi et Lychfeldensi[8] Episcopo, in regno nostro debebantur, certis de causis capi fecerimus[9] in manum nostram, ac in partem solutionis quorumdam debitorum, in quibus dilectis nobis Johanni Vanne, et sociis suis, Mercatoribus de Societate Ballardorum de Luca, tenemur, assignaverimus eis illas ducentas marcas, quas dilectus nobis in Christo, Abbas

---

[1] *præfati*] prædicti, Roll.
[2] *Rameseiæ*] de Ramesseye, Roll.
[3] *domino*] omit, Cartul.
[4] *attornatum suum*] omit, Cartul.
[5] *dedicit*] didicit, Cartul.
[6] *suis*] sui, Roll.
[7] *gratia . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul. This writ occurs also ante, p. 20.
[8] *Lychfeldensi*] Lich', Roll.
[9] *fecerimus*] fecimus, Cartul.

Rameseiæ,[1] ante captionem debitorum prædictorum in manum nostram, per literas suas obligatorias, præfato Coventrensi et Lychfeldensi[2] Episcopo, certis terminis in eisdem literis contentis, se reddere obligavit.

Quæ quidem literæ penes prædictum Coventrensem[3] et Lichfeldensem Episcopum remanent, ut dicitur.

Eidemque[4] Abbati mandaverimus, quod prædictas ducentas marcas ad certos terminos, quos eis[5] super hoc concessimus, solvat mercatoribus antedictis, videlicet:—in crastino Clausi[6] Paschæ proximo futuro, centum marcas; et in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ[7] proximo sequente,[8] quinquaginta marcas; et in festo Sancti Michaelis proximo sequente[9] quinquaginta marcas.

Nos, indemnitati prædicti Abbatis et successorum suorum, ac ecclesiæ suæ Rameseiæ,[1] volentes prospicere in hac parte, concedimus et promittimus, pro nobis et heredibus nostris, præfatum[10] Abbatem et successores suos, ac prædictam ecclesiam suam de Ramesseye versus præfatum Coventrensem et Lychfeldensem[11] Episcopum, et quoscumque[12] alios, super dictis ducentis marcis acquietare et indemnes in[13] omnibus conservare.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Langeleye, decimo sexto die Augusti, anno regni nostri secundo.

Postea, decimo sexto die Aprilis, anno supradicto,[14] prædictus Abbas solvit prædictis[15] Mercatoribus centum marcas de debito prædicto, sicut Hugelinus[16] del Bayn et Rusticus

---

1 *Rameseiæ*] de Ramesseye, Roll.

2 *Lychfeldensi*] Lichfeldensi, Roll.

3 *Coventrensem et Lichfeldensem*] omit, Cartul.

4 *Eidemque*] eique, Cartul.

5 *eis*] omit, Roll.

6 *Clausi*] Clause, Roll.

7 *Baptistæ*] omit, Cartul.

8 *sequente*] sequens, Cartul., and Roll.

9 *sequente*] omit, Cartul.

10 *præfatum*] præfatem, Cartul.

11 *Lychfeldensem*] Lichfeldensem, Roll.

12 *quoscumque*] quousque, Roll.

13 *in omnibus*] omit, Cartul.

14 *supradicto*] prædicto, Roll.

15 *prædictis*] præfatis, Roll.

16 *Hugelinus . . . Philippy*] Hugelynus del Payn et Rusticus Philippi, Roll.

Philippy, socii et mercatores de Societate prædicta, pro se et sociis suis, mercatoribus ejusdem Societatis, coram Baronibus recognoverunt.

Et unde idem Abbas habet literas ipsorum Hugelini et Rustici de acquietantia patentes, quarum data est Londoniæ, die et anno prædictis.

Postea, vicesimo secundo[1] die Octobris, anno tertio, prædictus Abbas solvit prædictis[2] mercatoribus quinquaginta marcas, de debito prædicto, sicut Colloncius[3] Bellar,' mercator Societatis prædictæ, pro se et sociis suis prædictis recognovit.

Et unde idem Abbas habet literas ipsorum mercatorum de acquietantia, quarum data est die et anno prædictis.

A.D. 1330. Jan. 26. f. c. v^xx. xviii b.[4]

Postea prædictus Johannes Vanne venit hic coram Baronibus, vicesimo sexto die Januarii, anno tertio.

Et recognovit, pro se et sociis suis prædictis, se recepisse de prædicto Abbate de Ramesseye quinquaginta marcas residuas in persolutionem prædictarum ducentarum marcarum, quas Vicecomes Cantebrigiæ fieri fecit per breve Regis de bonis et catallis ipsius Abbatis.

Ideo idem Abbas, de illis ducentis marcis, per recognitionem prædictam, sit quietus.

Virtute cujus processus dominus Rex mandavit breve suum Thesaurario et Baronibus suis de Scaccario, in hæc verba:—

A.D. 1330. February 8.

Edwardus, Dei[5] gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Thesaurario et Baronibus suis, salutem.

Cum Dominus Edwardus, quondam Rex Angliæ, pater noster, ducentas[6] marcas, in quibus Johannes, quondam Abbas Rameseiæ, Waltero, nuper Coventrensi et Lychfeldensi Episcopo, tenebatur, et quas pater noster, una cum aliis debitis ejusdem Episcopi, certis de causis, capi fecit in manum suam, Johanni Vanne et sociis suis, Mercatoribus de Societate Ballardorum de Luca, assignasset.

Et jam, ex parte nunc Abbatis loci prædicti, acceperimus, quod licet prædictus[7] Abbas, antecessor[8] suus ejusdem[9] loci,

---

[1] *secundo*] omit, Roll.

[2] *prædictis*] dictis, Roll.

[3] *Colloncius Bellar'*] Collenclius Gellard, Roll.

[4] *Iter', Norhampton* is written in the upper margin of the Cartulary.

[5] *Dei . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul.

[6] *ducentas . . . noster*] omit, Roll.

[7] *prædictus*] dictus, Roll.

[8] *antecessor*] prædecessor, Roll.

[9] *ejusdem loci*] omit, Cartul.

easdem[1] ducentas marcas præfato Johanni et sociis suis prædictis solvisset, juxta assignationem prædictam. Sicut idem Johannes, in Scaccario domini[2] Regis, dicti patris nostri, personaliter constitutus, plenius recognovit. Executores tamen testamenti Episcopi prædicti dictum[3] nunc Abbatem, ad dictas ducentas marcas eis solvendas, coram Justiciariis nostris itinerantibus in Comitatu Norhamtoniæ, jam implacitent. Per quod expediens est, et necesse, quod iidem Justiciarii, super assignatione dicti patris nostri, necnon recognitione dicti Johannis, in hac parte certiorentur.

Vobis mandamus, quod, scrutatis Rotulis et Memorandis Scaccarii prædicti, nos de assignatione et recognitione prædictis, cum omnibus eas[4] tangentibus, sub sigillo Scaccarii prædicti, distincte et aperte, sine dilatione, reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes.

Teste me ipso, apud Eltham, octavo die Februarii, anno regni nostri quarto.

Et super hoc, dominus Rex mandavit aliud breve suum[5] Justiciariis suis itinerantibus in comitatu Norhamtoniæ, in hæc verba :—

Edwardus, Dei[6] gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Justiciariis suis itinerantibus in comitatu Norhamtoniæ, salutem. A.D. 1330. February 10.

Mittimus vobis, sub pede sigilli nostri,[7] recordum et processum loquelæ, quæ fuit coram Thesaurario et Baronibus domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, patris nostri, de Scaccario, inter ipsum patrem nostrum,[8] et Abbatem de Rameseye, de eo quod idem Abbas satisfaceret prædicto patri nostro de ducentis marcis, in quibus tenebatur Waltero, nuper Coventrensi et Lychfeldensi[9] Episcopo, Thesaurario Angliæ, cujus terræ et tenementa, bona et catalla, simul cum debitis suis quibuscumque, ex certis causis, in manus ipsius patris nostri extiterunt; et etiam assignationis, quam idem pater noster postmodum fecit de eisdem ducentis marcis

---

1 *easdem*] omit, Roll.
2 *domini Regis*] omit, Roll.
3 *dictum*] dicunt, Roll.
4 *eas tangentibus*] omit, Cartul.
5 *suum*] omit, Cartul.
6 *Dei . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul.
7 *nostri*] omit, Cartul.
8 *nostrum, et*] et nostrum, Cartul.
9 *Lychfeldensi*] Lich', Roll.

Johanni Vanne, et sociis suis, Mercatoribus de Societate Ballardorum de Luca. Quæ[1] quidem recordum et processum coram nobis, in cancellaria[2] nostra, certis de causis, venire fecimus, mandantes quod, inspectis eisdem recordo et processu, ulterius pro indemnitate nunc Abbatis loci prædicti, qui, per executores testamenti prædicti[3] Episcopi, de dictis ducentis marcis, coram vobis in itinere vestro prædicto, jam implacitatur, ut accepimus, fieri faciatis, quod de jure fuerit faciendum.

Teste me ipso, apud Turrim Londoniæ, decimo die Februarii anno regni nostri quarto.

Postea dominus Rex mandavit Justiciariis suis prædictis aliud, breve suum in hæc verba.

A.D. 1330. March 8. Edwardus, Dei[4] gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ, Justiciariis suis itinerantibus in comitatu Norhamtoniæ, salutem.

Ex parte dilecti nobis in Christo, Simonis, Abbatis de Rameseye, nobis est ostensum, quod cum dominus Edwardus, quondam Rex Angliæ, pater noster, ducentas marcas, in quibus Johannes, quondam Abbas de Rameseye, prædecessor prædicti Abbatis, Waltero, nuper Coventrensi et Lychfeldensi[5] Episcopo, tenebatur, et quas dictus pater noster, una cum aliis debitis ejusdem Episcopi, certis de causis, capi fecit in manum suam, Johanni Vanne et sociis suis, Mercatoribus de Societate Ballardorum de Luca assignasset, literas suas patentes prædicto Johanni Abbati faciendo, quod ipsum Abbatem et ecclesiam suam de Rameseye versus præfatum Episcopum et quoscumque alios inde indemnes conservaret.

f. c. v^xx. x. Ac licet idem Johannes Abbas dictas ducentas marcas præfato Johanni Vanne, et sociis suis prædictis, solvisset, virtute assignationis prædictæ. Sicut per recordum et processum loquelæ inter dictum patrem nostrum et præfatum Abbatem, coram tunc Thesaurario et Baronibus de Scaccario, de dictis ducentis marcis habita, quæ quidem recordum et processum sub pede sigilli nostri vobis nuper misimus, plenius poterit apparere. Executor tamen Episcopi prædicti prædictum nunc Abbatem de eisdem ducentis marcis coram vobis jam implacitent, sine

---

[1] *Quæ*] Qui, Roll.
[2] *cancellaria*] cancelar', Roll.
[3] *prædicti Episcopi*] Episcopi prædicti, Roll.
[4] *Dei . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul.
[5] *Lychfeldensi*] Lich', Roll.

brevi nostro in itinere vestro prædicto. Super quo idem Abbas petiit sibi per nos remedium adhiberi.

Nos igitur, indemnitati ipsius Abbatis in[1] hac parte prospicere volentes, ut tenemur, vobis mandamus, quod inspectis recordo et processu prædictis, si[2] per inspectionem eorumdem vobis constare poterit, prædictum patrem nostrum dictas ducentas marcas, præfato Episcopo sic debitas, præfatis mercatoribus assignasse, dictumque Johannem Abbatem illas ducentas marcas dictis mercatoribus, virtute assignationis illius solvisse, sicut prædictum est, tunc placito coram vobis in itinere prædicto, inter dictos executores et præfatum nunc Abbatem inde ulterius tenendo, supersedeatis omnino.

Teste me ipso, apud Wyntoniam, octavo die Martii, anno regni nostri quarto.

Et super hoc, inspectis recordo, et processu, et brevibus prædictis Justiciarii prædicti, in negotio prædicto, inter partes prædictas ulterius non processerunt.

Et dictum est partibus prædictis, per attornatos suos prædictos, quod eant inde sine die, et cætera.

Et[3] dictus Abbas inde sit quietus, et cætera.

DLXXIV.

Placita[4] *de Juratis et Assisis apud Bedford[iam], coram Roberto de Arderne et sociis suis, Justiciariis itinerantibus ibidem, die Lunæ proxima post festum Sancti Johannis Baptiste, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu quarto.*

Abbas de Rameseye summonitus fuit ad respondendum domino Regi, de placito, quo waranto clamat habere visum franciplegii in manerio suo de Craunfelde, et visum franci- A.D. 1330. June 25. Claim of the Abbot of Ramsey to

[1] *in hac parte*] omit, Cartul.

[2] *si per*] super, Roll.

[3] *Et . . . cætera*] omit, Roll.

[4] This is the title prefixed to the Assize Roll, M. 1/4/2, on which this pleading also occurs, rot. 31, (2nd numbers); the Cartulary has merely, *Clameum Abbatis Rameseiæ in itinere Bedford[iæ], coram Roberto de Arderne et sociis suis, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu quarto.* This pleading is also printed in the *Quo Warranto Rolls* (Record Commission edit.), p. 64.

certain liberties in Cranfield, Shillington, Barton, and Pekysdene, in the county of Bedford.

plegii in manerio suo de Shytlingdone,[1] videlicet, in illa parte quæ est in hundredo de Cliftone[2]. Et habere liberam[3] warenniam[4] in omnibus dominicis terris suis in[5] Craunfelde, Shytlingdone,[1] Barthone,[6] et Pekysdene. Et habere amerciamenta omnium hominum suorum, et pecuniam quæ ad murdrum pertinet. Et habere infangenthef',[7] schipbryche, seuwerp, scilicet wrek' maris in mari et in litore,[8] sok' et sak', et them. Et habere catalla felonum et fugitivorum in terris suis. Et habere, in prædictis terris, weyf' et stray.[9] Et esse quietus de geld', schot[10], et danegeld, placitis et querelis, schyris[11] et hundredis, reparatione castellorum, et opere servili, oneribus expeditionum, pontium restructione, furium apprehensione et emissione, mondbrich',[12] ferdwyth', blodewit', fitghwyt', meskennyng', frythsokne, hamsokne, forstall', forfeng', wythfeng', hengwyth', grythbrich,' outleap,' et tol, et cætera.

Et Abbas, per Willelmum Ganet', attornatum suum,[13] venit. Et, quo ad prædictos visus franciplegii, dicit, quod Johannes, quondam Rex Angliæ, per cartam suam,[14] concessit cuidam tunc[15] temporis Abbati de Rammeseye, et monachis ibidem Deo servientibus, quod ipsi habeant visum franciplegii in tota terra ipsorum Abbatis, et monachorum. Et profert cartam prædictam,[16] prædicti Regis Johannis. In quâ continetur, quod visus de[17] francoplegio de tota terra ipsorum[18] Abbatis et monachorum fiat in curia sua.

Ita tamen, quod ballivus ipsius Regis, per summonitionem ejusdem Abbatis, veniat in curia prædicti Abbatis, ad videndum quod visus de franciplegio rationabiliter fiat, et cætera.

---

1 *Shytlingdone*] Shitlyngdone, Roll.

2 *Cliftone*] Clyftone, Roll.

3 *liberam*] omit, Cartul.

4 *warenniam*] warennam, Roll.

5 *in*] de, Roll.

6 *Barthone, et Pekysdene*] Bartone et Pekesdene, Roll.

7 *infangtenthef' . . . seuwerp*] infangenethef,shipbriche,seupwerp', Roll.

8 *litore*] littore, Roll.

9 *stray*] strey, Roll.

10 *schot*] scot, Roll.

11 *schyris*] shiris, Roll.

12 *mondbrich' . . . outleap'*] mundebrich', fredewyte, blodewyte, fightwyt, miskennyng', frythsoken, hamsoken, forstall, forfeng, wythfeng, hengwyt, grithbrich, outlap', Roll.

13 *suum*] omit, Cartul.

14 See this charter, Vol. II., p. 62.

15 *tunc temporis*] omit, Roll.

16 *prædictam*] omit, Roll.

17 *de francoplegio*] franciplegii, Roll.

18 *ipsorum*] prædictorum, Roll.

Et si ballivus prædictus non venerit, quod prædictus Abbas nihilominus faciat inde visum fieri in curia sua.

Et idem ballivus rationabiliter summonitus, et cætera.

Erit in misericordia Regis, et cætera.

Et eo waranto clamat ipse visus prædictos, et cætera.

Et quo ad prædictam warenniam,[1] dicit, quod dominus Henricus, quondam Rex Angliæ, proavus domini Regis nunc, per cartam suam[2] concessit cuidam Ranulpho, quondam f. c. v^xx. xix. b. Abbati de Rameseia,[3] et ejusdem loci conventui, quod ipse[4] et successores sui[5] inperpetuum habeant liberam warrennam[6] in omnibus dominicis terris suis maneriorum suorum de Craunfelde, Shytlyngdone,[7] et Barthone in comitatu Bedfordiæ, dum tamen terræ illæ non sint infra metas forestæ, et cætera.

Et dicit quod Pekesdene est hamelettus, et membrum prædicti manerii de Shytlingdone.[8]

Et profert cartam prædicti Regis Henrici, quæ prædictam concessionem testatur in forma prædicta, et cætera.

Et eo waranto clamat habere[9] prædictam warrenniam, et cætera.

Et quo ad amerciamenta omnium hominum suorum, dicit[10] idem Abbas, quod dominus Henricus, quondam Rex Angliæ, proavus domini Regis nunc, inspexit et confirmavit[11] cartam[12] Willelmi Primi, Regis Angliæ.[13] In qua continetur, quod idem Willelmus Rex privilegia antiquorum Regum, omnesque donationes terrarum, ecclesiarum, aut aliarum rerum, a quibuscumque donatæ fuerunt, corroboravit, et confirmavit, atque concessit, auctoritate sua regia, cum omnimoda libertate.

Et dicit, quod dominus Edwardus, quondam Rex Angliæ, avus domini Regis nunc, inspexit[14] cartas prædictorum Regum

---

[1] *warenniam*] warennam, Roll.

[2] See this charter of King Henry III., Vol. II., p. 65.

[3] *Rameseia*] Rammeseye, Roll.

[4] *ipse*] ipsi, Roll.

[5] *sui*] omit, Cartul.

[6] *warrennam*] warennam, Roll.

[7] *Shytlyngdone, et Barthone*] Schitlyngdon, et Barton, Roll.

[8] *Shytlingdone*] Schitlyngdon, Roll.

[9] *habere . . . warrenniam*] prædictus Abbas warennam prædictam, et cætera.

[10] *dicit*] dicit quod, Cartul.

[11] See this charter of confirmation of King Henry III., Vol. II., p. 91.

[12] See this charter of William I., (Ibid.)

[13] *Angliæ*] omit, Cartul.

[14] See this charter of inspeximus and confirmation of King Edw. III., Vol. II., p. 70.

Henrici et Willelmi. Et omnes donationes, concessiones, et confirmationes, in prædictis cartis contentas, ratas habens et gratas, pro se et heredibus suis, Abbati et conventui de Rameseye, et successoribus suis, concessit et confirmavit, per cartam ipsius Regis Edwardi, quam profert, et quæ præmissa testatur. Et[1] in qua ulterius continetur, quod, quia per Rotulos de Scaccario ipsius Regis Edwardi, compertum est, quod dictis Abbati et conventui allocantur ibidem amerciamenta omnium[2] hominum suorum, per libertates a progenitoribus suis, Regibus Angliæ, eis concessas, et per verba generalia in cartis inde confectis contenta, licet expresse non sint specificata. Idem Edwardus Rex, eisdem Abbati et conventui gratiam facere volens specialem, concessit, pro se et heredibus suis, quod prædicti Abbas et conventus de Rameseye, et successores sui, habeant et percipiant inperpetuum, omnimoda amerciamenta omnium hominum suorum, per ipsos et ballivos suos levanda, sicut per prædicta verba generalia, et allocationes prædictas sic eis factas, hujusmodi amerciamenta, retroactis temporibus, habuerunt et perceperunt, sine occasione ipsius Regis, et heredum suorum, Justiciariorum, Vicecomitum, et omnium aliorum ballivorum et ministrorum suorum quorumcunque, inperpetuum.

Et eo waranto clamat ipse amerciaménta prædicta, et cætera.

Et quo ad pecuniam, quæ ad[3] murdrum pertinet, catalla felonum et fugitivorum, profert cartam Sancti Regis Edwardi.[4] In qua continetur, quod ecclesia de Rameseye, et monachi ejusdem ecclesiæ, in omnibus possessionibus suis, et suis appendiciis, habeant omnimodam libertatem, perpetualiter, in terra et in aqua. Quam quidem cartam prædicti Willelmus, Henricus, et Edwardus, quondam Reges Angliæ, confirmaverunt; prout in prædicta carta prædicti Regis Edwardi, superius prolata, expresse continetur.

Et dicit, quod ipse et prædecessores sui,[5] virtute prædictorum verborum generalium de omnimoda libertate habenda, et confirmationum regiarum prædictarum, perceperunt et habuerunt prædictam pecuniam de murdro, et[1] catalla felonum et fugitivorum.

Et eo waranto clamat idem Abbas pecuniam de murdro et catalla prædicta, et cætera.

---

[1] *Et*] omit, Cartul.
[2] *omnium*] omit, Cartul.
[3] *ad*] omit, Roll.
[4] *See* this charter of King Edward the Confessor, Vol. II., p. 70.
[5] *sui*] omit, Cartul.

Et quo ad infangenthef', sok,[1] sak, tol,[2] et team, et omnes quietantias prædictas in prædicto clamio suo contentas, dicit, quod prædictus Willelmus, quondam Rex Angliæ, concessit prædictis Abbati et conventui de Rameseye, per aliam clausulam[3] in carta sua prædicta, omnes libertates et quietantias prædictas. Quam quidem cartam prædicti Reges Edwardus[4] et Henricus inspexerunt, recitaverunt, et confirmaverunt, sicut in carta prædicti Regis Edwardi plenius continetur.

Et eo waranto clamat ipse libertates et quietantias prædictas, et cætera.

Et quo ad prædictas libertates de shypbrich',[5] et seuwerp, quod wrek' maris dicitur, omittit clamium suum ad præsens in comitatu isto, et cætera.

Et quo ad weyf et strey,[6] dicit, quod ipse, et omnes prædecessores sui, a tempore quo non extat memoria, seisiti fuerunt de libertatibus illis in maneriis, et in[7] terris suis prædictis, tanquam pertinentibus ad eadem terras et maneria.

Et eo waranto clamat idem Abbas weyf' et strey[6] in maneriis, et in[8] terris suis prædictis, et cætera.

Et Ricardus de Aldebergh',[9] qui sequitur pro domino Rege, f. cc. dicit quod prædictæ libertates de infangenthef',[10] weyf, et strey,[6] et omnes quietantiæ prædictæ, non fuerunt clamatæ in ultimo itinere hic.

Unde petit, quod libertates et quietantiæ illæ capiantur in manu domini Regis.

Et quod idem Abbas respondeat domino Regi de exitibus libertatum illarum, a tempore ultimi itineris prædicti, et cætera.

Et Abbas petit libertates et quietantias illas sibi concedi per plevinam.

Et dat domino Regi viginti solidos pro plevina inde habenda, et quod admittatur ad libertates et quietantias illas clamandum, Et inde placitandum. Et ei conceditur. Per quod idem Abbas clamavit[11] et placitavit in forma qua prius, et cætera.

---

[1] *sok, sak*] omit, Cartul.

[2] *tol, et team*] thol et theam, Roll.

[3] *clausulam*] clasulam, Roll.

[4] *Edwardus . . . Regis*] omit, Cartul.

[5] *shypbrich', et seuwerp*] shipebrech', et shipewerp, Roll.

[6] *strey*] stray, Roll.

[7] *in*] omit, Roll.

[8] *in terris*] omit, Cartul.

[9] *Aldebergh'*] Aldeburgh', Roll.

[10] *infangenthef'*] infangnethef, Roll.

[11] *clamavit . . . prius*] eas clamat eo waranto quo supra, Roll.

Et prædictus Ricardus dicit, quod prædictus Abbas ad pecuniam, quæ ad murdrum pertinet, clamandam, ad præsens admitti non debet. Quia dicit, quod prædecessor istius Abbatis, coram Justiciariis ultimo hic itinerantibus, clamavit tantum esse quietus de murdro.

Et hoc paratus est verificare, per recordum rotulorum Justiciariorum prædictorum.

Et ex quo per hujusmodi clamium prædecessor istius Abbatis tacite cognovit et supposuit pecuniam de murdro provenientem ad solum dominum Regem pertinere, et non ad ipsum Abbatem, petit judicium, si idem Abbas nunc ad contrarium clamii prædecessoris sui prædicti clamandum debeat admitti, et cætera.

Et quo ad catalla felonum et fugitivorum, quæ prædictus Abbas clamat, per cartam Sancti Regis Edwardi, per prædicta verba generalia de omnimoda libertate habenda, dicit idem Ricardus, quod hujusmodi catalla percipere mere spectat ad coronam domini Regis, et non ad alium, nisi per factum regium de concessione hujusmodi jurium regalium specialiter appareret, unde idem Abbas nihil ostendit, nec aliquod judicium coram aliquibus Justiciariis itinerantibus, vel alibi, super allocationibus ipsi Abbati vel prædecessoribus suis inde factum allegat, petit judicium pro domino Rege, et cætera.

Et quo ad amerciamenta omnium hominum prædicti Abbatis habenda, et per ballivos .ipsius Abbatis levanda, prædictus Ricardus nihil dicit, quare prædictus Abbas, juxta tenorem cartæ et recordi prædicti domini Edwardi Regis, avi domini Regis nunc, amerciamentis illis gaudere non debeat.

Ideo prædictus Abbas, quo ad amerciamenta illa, eat ad præsens sine die, salvo jure domini Regis, cum alias inde loqui voluerit, et cætera.

Et quo ad prædictos[1] visus franciplegii, dicit idem Ricardus, quod prædictus Abbas visibus illis gaudere non debet. Quia dicit quod prædictus Abbas et prædecessores sui visus illos detinuerunt[2] in absentia Ballivi domini Regis et progenitorum suorum, et sine aliqua præmunitione vel summonitione hujusmodi ballivis facienda, contra tenorem et proportum prædictæ cartæ prædicti Regis Johannis.

Et hoc[3] paratus est verificare pro domino Rege.

---

[1] *prædictos*] omit, Cartul.
[2] *detinuerunt*] tenuerunt, Roll.
[3] *hoc*] interlined in Cartul.

Unde idem Ricardus, tam quo ad visus illos, quam ad liberam warennam, infangenthef, weyf, et stray, et quietantias prædictas, petit[1] quod inquiratur, pro domino Rege, qualiter,[2] et a quo tempore, prædictus Abbas et prædecessores sui usi fuerunt libertatibus et quietantiis illis.

Ideo venit hic[3] inde jurata, die Lunæ proxima post festum Omnium Sanctorum, et cætera.

Ad quem diem venit prædictus Abbas, per prædictum attornatum suum.

Et similiter juratores, qui dicunt, super sacramentum suum, quod prædictus Abbas et prædecessores sui tenuerunt visus prædictos secundum tenorem et proportum cartæ prædictæ in omnibus, prout debuerunt. Et quod iidem Abbas et prædecessores sui seisiti fuerunt de prædictis visibus,[4] libera warenna, infangenthef,[5] weyf et stray, et tam libertatibus illis, quam quietantiis prædictis usi sunt in omnibus, prout debuerunt.

Hoc[6] tantum excepto, quod idem Abbas nunc levavit fines et amerciamenta de transgressoribus contra assisam panis et cervisiæ, usque ad summam viginti solidorum, in casibus quibus, per judicium pillorii et tumbrelli, puniri invenerunt.

Ideo consideratum est, quod prædicti visus capiantur in manum domini Regis.

Et prædictus Abbas in misericordia.

Et super hoc, prædictus Abbas petit rehabere visus prædictos per finem, et cætera.

Et dat domino Regi quadraginta solidos pro visibus[4] prædictis rehabendis.

Et ei conceduntur per finem prædictum, et[7] cætera.

Ideo prædictus[8] Abbas, tam quo ad visus illos, quam quo[9] f. cc. b.
ad liberam warennam, infangenthef,[5] weyf', et stray, et quie-

[1] *petit . . . inquiratur*] interlined in Cartul.

[2] *qualiter . . . prædictus*] underlined in Cartul.

[3] *hic inde jurata*] inde jurata hic, Roll.

[4] *visibus*] visubus, Roll.

[5] *infangenthef*] infangthef, Roll.

[6] The whole of this clause is underlined in Cartul.

[7] *et cætera*] omit, Roll.

[8] Isti fuerunt juratores in isto clamio, dominus Johannes Morteyn, dominus Nigellus de Salford', dominus Henricus Tylly, dominus Johannes de Suthbir', Rogerus Loring', Johannes de Salford', Robertus de Mepershale, Petrus de Seint Cruz, Willelmus Attechirch', Robertus Brian, Johannes Attebrigg', Willelmus Breton'.—*Marginal note at the foot of the page. Cartul.*

[9] *quo*] omit, Cartul.

tantias prædictas, eat inde sine die, salvo jure domini Regis, cum alias inde[1] loqui voluerit, et cætera.

Et[2] prædictus Abbas, tam quo ad pecuniam, quæ ad murdrum pertinet, quam ad catalla felonum et fugitivorum, dicit,[3] quod ipse, et prædecessores sui, ante tempus memoriæ, et post, seisiti fuerunt de prædictis pecunia[4] et catallis, virtute prædictorum verborum generalium, de omnimoda libertate habenda, in cartis prædictorum Regum Sancti Edwardi et Willelmi contentorum, et per eorum concessiones[5] et heredum Henrici, et Edwardi, Regum Angliæ, successive confirmata, et allocationem inde habuerunt coram Thesaurario et Baronibus de Scaccario domini Regis.

Et de hoc ponit se super recordum rotulorum ejusdem Scaccarii, et cætera.

Dicit etiam idem Abbas, quod taciturnitas prædecessoris sui, tempore ultimi itineris prædicti, prædictam pecuniam de murdro non clamantis,[6] ipsi Abbati nunc præjudicare non debet, pro eo quod prædecessor suus prædictus, qui tempore suo nisi custodiam ecclesiæ de Rameseye habuit, quæ semper fungitur privilegio minoris.

Et ad cujus ecclesiæ regimen idem Abbas nunc, cum omnibus juribus et libertatibus suis, per dominum Edwardum Regem, patrem domini Regis nunc, admissus fuit, unde petit judicium, si ad prædictam pecuniam modo clamandam admitti non debeat, maxime cum idem Abbas nunc pro non clamio prædicto alio modo quam per finem inde faciendum puniendus non existat, et cætera.

Et prædictus Ricardus, salvis domino Regi rationibus suis prædictis, si videatur curiæ, quod prædicta verba generalia sufficiant ad prædictam pecuniam de murdro et catalla felonum et fugitivorum clamanda, petit, quod prædictus Abbas certificet curiæ hic, super allocationibus ei, vel prædecessoribus suis inde factis, coram Thesaurario et Baronibus prædictis.

---

[1] *inde*] omit, Cartul.

[2] *Et*] The word *dat* occurs in the Cartul. after *Et*, but is marked with dots of subpunction.

[3] *dicit*] The word *virtute* occurs in the Cartulary after *dicit*, but is marked with dots of subpunction.

[4] *pecunia*] *pecunia* is written in the margin of the Cartul, in a much later hand, as a gloss.

[5] *concessiones . . . heredum*] successores et heredes, Cartul.

[6] *clamantis*] clamatis, Roll.

Ideo[1] mandatum est eisdem Thesaurario et Baronibus de caccario, quod, scrutatis rotulis Memorandorum ejusdem Scaccarii, et quod de allocationibus prædictis invenerint constare, faciant Justiciariis hic, sub pede sigilli Scaccarii prædicti die Veneris proxima post festum Sancti Martini, et cætera.

Rotulo tricesimo primo.[2]

Ad quem diem venerunt prædictus Abbas per prædictum attornatum suum.

Et prædicti Thesaurarius et Barones de Scaccario non certificarunt curiam istam super allocationibus libertatum prædictarum, nec breve miserunt et cætera.

Et super hoc, Ricardus de Aldeburgh', qui sequitur pro domino Rege, dicit, quod cum prædictus Abbas non sit prosecutus versus Thesaurarium et Barones prædictos de certificando curiam istam super allocationibus prædictis, et sic deficit de waranto suo de prædictis libertatibus habendis.

Unde petit judicium pro domino Rege, quod libertates illæ domino Regi remaneant, tanquam forisfactæ, et cætera.

Ideo dies datus est prædicto Abbati, coram domino Rege ubicunque et cætera, de audiendo inde judicio suo in eodem statu quo nunc, in crastino Purificationis Beatæ Mariæ, et cætera.

DLXXV.

Placita inter dominum Regem et Abbatem de Rameseia, coram Rege, de uno corrodio, anno Regis Edwardi Tertii a conquestu quinto.

Termino Paschæ, rotulo octogesimo nono.

Inter Placita Communia.

Et Rotulo Adæ de Fincham, Clerici domini Regis, termino Trinitatis, anno supradicto.

Huntingdonia.[3]

Dominus[4] Rex mandavit breve[5] suum Galfrido le Scrop' et sociis suis, Justiciariis ad placita coram domino Rege tenenda assignatis, in hæc verba:— A.D. 1331. April 17—May 13. Pleading between the

[1] Memorandum, quod allocatio de pecunia de murdro et catallis felonum non potuit in Scaccario inveniri, quare datus fuit dies in Banco Regis nisi inde nihil actum erat.—*Marginal note in Cartulary.*

[2] Cartul. ends here. The remainder of the pleading is taken from the Roll[2]. *Rot.* 31° is written in the margin of the Cartulary, in a much later hand, as a gloss.

[3] *Huntingdonia*] omit, Cartul.

[4] Also on Coram Rege Roll, Easter 5 Edward III., rot. 89.

[5] *breve suum*] omit, Cartul.

King and the Abbot of Ramsey concerning a corrody. A.D. 1331. March 20. The King's writ.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido le Scrop', et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.

Cum nuper volentes dilecto nobis in[1] Christo, Johanni de Pyrie[2], qui nobis diu et fideliter deservivit, de sustentatione congrua providere, pluries mandaverimus dilecto[3] nobis in Christo, Abbati et conventui de Rameseye, quod ipsum Johannem[4] in domum suam admitterent, et ei talem sustentationem de eadem domo sua, quoad viveret, percipiendam, qualem Hervectus[5] Defforges, jam defunctus, dum vixit, ad mandatum domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, patris nostri, in eadem domo habuit, concederent, et literas suas patentes de eadem sustentatione, sigillo capituli sui signatas, sibi fieri facerent, vel quod causam nobis significarent, quare præmissa minime facere deberent, ac iidem Abbas et conventus nobis certas excusationes transmiserunt, per quas asserunt se, de[6] hujusmodi sustentatione præfato Johanni facienda, teneri non debere.

Præfatusque Johannes asseruerit dictas excusationes veritatem minime continere, per quod velimus[7] in hac parte fieri quod est justum, certificationem ipsorum Abbatis et conventus nobis inde factam vobis mittimus, sub pede sigilli nostri; mandantes, quod, visa certificatione prædicta, vocatisque coram f. cci. vobis tam præfato Abbate, quam aliis, qui in hac parte fuerint evocandi, ulterius inde fieri faciatis quod, de jure, et secundum legem et consuetudinem regni nostri, fuerit faciendum.

Teste me ipso, apud Eltham, vicesimo die Martii, anno regni nostri quinto.

Tenor brevis præfato Abbati directi, in hæc verba:—

A.D. 1331 Feb. 5. The King's writ enjoining the

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis sibi in Christo, Abbati et conventui de Rameseye, salutem.

---

[1] *in Christo*] omit, Roll.

[2] *Pyrie*] Pirie, Roll.

[3] *dilecto*] dilectis, Roll.

[4] *Johannem*] omit, Cartul.

[5] *Hervectus . . . defunctus*] Hervetus De Forges, jam deffunctus, Roll.

[6] *de . . . facienda*] præfato Johanni, Cartul.

[7] *velimus*] volumus, Roll.

Volentes nuper dilecto nobis Johanni de[1] Pyrie, qui nobis diu et fideliter deservivit, de sustentatione sua[2] providere, ipsum ad vos duxerimus destinandum, rogantes quatinus eundem Johannem in domum vestram prædictam admittentes ei talem sustentationem de eadem domo vestra, quoad vixerit, percipiendam, qualem Hervectus[3] de[4] Forges, jam defunctus, dum vixit, ad rogatum domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, patris nostri, habuit, in eadem concedere, et literas vestras patentes de eadem sustentatione, sigillo capituli vestri signatas, mentionem[5] de hiis quæ de dicta domo vestra sic percipiet facientes, sibi fieri faceretis. De quo quicquam facere hactenus non curastis, sicut ex parte ipsius Johannis nobis[6] intelligi datur. Abbot and Convent of Ramsey to admit John de Pyrie to a corrody in their Abbey.

Vobis igitur adhuc mandamus, sicut alias mandavimus, rogantes, quatinus eundem Johannem in domum vestram prædictam admittatis, et ei hujusmodi sustentationem concedatis, juxta tenorem mandati nostri alias vobis inde directi.

Et si causa rationabilis subfuerit, quare id facere minime debeatis, tunc nos, de causa illa, sub dicto sigillo vestro distincte et aperte reddatis certiores.

Teste me ipso, apud Langele, octavo die Februarii, anno regni nostri quinto.

Responsio domini[7] Abbatis, domino Regi facta, in hæc verba:—

Excellentissimo Principi et domino suo, Reverendo domino Edwardo, Dei gratia Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, et Duci Aquitaniæ, sui humiles et devoti capellani, Abbas de Rameseye, et ejusdem loci conventus, omnem reverentiam et honorem, cum assidua precum effusione pro statu Regis Summo Regi. A.D. 1331. March 3. Answer of the Abbot and convent of Ramsey to the same.

Cum sicut alias, pro Johanne de Pyrie, nobis direxeritis literas vestras, pro sustentatione habenda tali in monasterio[8] nostro, qualem Hervectus[9] de Forge, jam defunctus, habuit ad rogatum domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, patris vestri,

---

[1] *de Pyrie*] Pirie, Roll.
[2] *sua*] omit, Cartul.
[3] *Hervectus*] Hervettus, Roll.
[4] *de Forges*] omit, Cartul.
[5] *mentionem*] mensionem, Roll.
[6] *nobis intelligi datur*] intellig nobis datur, Roll.
[7] *domini*] prædicti, Roll.
[8] *monasterio*] monesterio, Roll.
[9] *Hervectus de Forge*] Hervettus de Forges, Roll.

vel si causa rationabilis subfuerit, quare idem facere minime debeamus, tunc nos de causa illa distincte et aperte vos reddamus certiores.

Excellentiæ vestræ significamus, quod idem pater vester nobis sæpius scripsit pro diversis clericis et laicis, videlicet;—pro domino Arnaldo de Tyle, clerico, qui percepit pensionem decem marcarum, quousque fuisset sibi provisum per nos de beneficio ecclesiastico; pro domino Johanne de Ferybi,[1] percipiente pensionem sex marcarum; pro magistro Henrico de Cantuaria, percipiente annuitatem sex marcarum; pro magistro Johanne de Bramptone, percipiente annuitatem centum solidorum, quos Arnaldus Brocaz prius percepit, ad procurationem domini Petri de Gavestone, et eidem magistro Johanni[2] in vita sua resignavit, qui etiam dominus Petrus multa de oneribus supradictis per multas minas extorsit; similiter pro Roberto de Manifeld', qui percipit sustentationem suam, sicut unus de liberis servientibus nostris: vobis constare faciens per eosdem, quod non fuit intentionis suæ, quod post mortem illorum, vel dicti Hervecti, qui magis ad instantiam dominæ nostræ, matris vestræ, sustentationem suam habuit, de aliis[3] succedentibus prædicta domus nostra inposterum fuisset onerata.

Ac vos, Domine Serenissime, non diu est, prædictam domum nostram onerastis de Johanne de Sauterion, qui percipit sustentationem suam[4] ad mandatum vestrum in dicta domo, sicut unus[5] de liberis servientibus nostris; et de David de Gromfeld',[6] quem mandastis nobis ad standum in servitio nostro, quamdiu nobis bene et fideliter deservierit.[7] Propter quæ onera gravia et[8] inportabilia, sæpedicta domus nostra, et celeraria nostra[9] in tantum exhausta est, quod non sufficit ad victum monachorum, jugiter Deo servientium in eadem, f. cci. b. secundum intentionem et ordinationem fundatoris nostri, Comitis Aylwyni.[10] Immo oportet nos minuere numerum monachorum, et subtrahere elemosinas[11] per dictum fundatorem nostrum ab antiquo statutas; nisi velitis nos favorabiliter exaudire, et dictam domum nostram de inportune sic peten-

---

1 *Ferybi*] Feriby, Roll.
2 *Johanni*] omit, Roll.
3 *aliis*] alii, Roll.
4 *suam*] vestram, Cartul.
5 *unus*] omit, Cartul.
6 *Gromfeld'*] Bromfe Bromfeld', Roll.
7 *deservierit*] deserviret, Roll.
8 *et*] omit, Roll.
9 *nostra*] ejusdem, Roll.
10 *Aylwyni*] Ailwini, Roll.
11 *elemosinas*] elimosinas, Roll.

tibus exonerare. Celsitudinem vestram regiam[1] humilibus et devotis precibus exoramus, quatinus super hujusmodi sustentationem prædicto Johanni faciendam nos, si placet, omnino habere velitis excusatos. Majestatem vestram conservet Altissimus, et promoveat de regno temporali ad æternum.

Scriptum[2] Rameseiæ, tertio die Martii.

Et modo venit prædictus Johannes de[3] Pyrie, et petit breve de venire facias prædictum Abbatem, tam domino Regi quam eidem Johanni, de[4] præmissis responsurum, et cætera.

Ideo præceptum est Vicecomiti Huntingdoniæ, quod venire *Hunt'*.[5] faciat prædictum Abbatem, coram domino Rege, in octabis Sanctæ Trinitatis, ubicumque et cætera, ad[6] respondendum tam Regi, quam præfato Johanni, in hac parte et cætera. Et ulterius et cætera.

Postea venit prædictus Abbas, et ponit loco suo Johannem de Huntingdonia, vel Johannem de Eton', versus dominum Regem, et prædictum Johannem de Pyrie,[7] in loquela prædicta, et[8] cætera.

Ad quas octabas Sanctæ Trinitatis hoc anno, venit Johannes de Pyrie,[7] qui tam pro domino Rege, quam pro seipso, sequitur.

Et similiter prædictus Abbas, per attornatum suum prædictum.

Et prædictus Johannes dicit quod ipse, die Lunæ proxima ante Natale Domini proximo præterito, apud Rameseye, in præsentia Johannis Scorti,[9] et Willelmi Faucoun,[10] liberavit eidem Abbati breve domini Regis ei directum. Per quod idem[11] dominus Rex rogavit ipsum Abbatem, quod ipse præfatum Johannem in domum suam prædictam admitteret, et ei talem sustentationem de eadem domo sua quoad vixerit percipiendam habere faceret, qualem Hervectus de Forges habuit in eadem, et literas suas patentes de sustentatione sua[12] prædicta, sigillo capituli sui signatas, sibi concederet.

Ac pro eo, quod idem Abbas nihil inde facere curavit.

---

[1] regiam] omit, Roll.

[2] *Scriptum . . . Martii*] Data in capitulo nostro Ramesey, quarto die Martii, Roll.

[3] *de Pyrie*] omit, Roll.

[4] *de*] super, Roll.

[5] *Hunt'*] supplied from Roll.

[6] *ad respondendum . . . ulterius et cætera*] supplied from Roll.

[7] *Pyrie*] Pirie, Roll.

[8] *et cætera*] omit, Cartul.

[9] *Scorti*] Storm, Roll.

[10] *Faucoun*] Faukoun, Roll.

[11] *idem*] omit, Cartul.

[12] *sua*] omit, Roll.

Idem Johannes alias apud Rameseye, scilicet in crastino Epiphaniæ Domini proximo sequente, liberavit præfato Abbati quoddam [1] aliud breve Domini Regis, de prædicta [2] sustentatione eidem Johanni [3] facienda, et cætera, vel causam certam Regi significaret quare nihil hucusque, et cætera.

Idem Abbas, spretis mandatis Domini Regis, prædictis, totiens ei inde directis, quicquid [4] inde facere hucusque non curavit, in contemptum Regis mille marcarum.

Et hoc offert verificare, et cætera.

Et prædictus Abbas, per Johannem de Huntingdonia, attornatum suum, venit, et defendit vim et injuriam, et quicquid est in contemptum Domini Regis, et cætera.

Et dicit, quod dominus Edwardus, pater domini Regis nunc, aliquo tempore direxit ei literas suas,[5] rogando pro præfato Hervetto, quod sibi sustentationem idoneam in domo sua prædicta faceret, quoad vixerit.

Et quod ipse, ad rogatum ipsius domini Regis patris, et cætera, prædictum Hervettum in domo sua propria [6] admisit, et sustentationem suam [7] de curialitate sua in domo sua prædicta ei concessit. Per quod non intendit, quod ex quo idem Abbas hujusmodi sustentationem præfato Hervetto, per viam rogaminis ipsius Regis patris, et cætera, de curialitate ipsius Abbatis concessit, quod dominus Rex nunc velit aut debeat ipsum Abbatem de hujusmodi sustentatione facienda ut de jure in hac parte onerare, maxime cum ipse non teneat[ur] aliquam tenere per hujusmodi servitia facienda et cætera.

Dicit etiam, quod Beatus Edwardus, dudum Rex Angliæ, progenitor domini Regis nunc, concessit Deo et Beatæ Mariæ, et Abbati et monachis de Rameseye, ibidem Deo servientibus quasdam quietantias et libertates. Inter quas concessit, quod nullus succedentium Regum, Episcoporum, Principum, Comitum, Vicecomitum, Procuratorum, seu aliorum Regum clientium, vel aliqua [8] quælibet magna seu parva persona, per
f. ccii. vim, aut per consuetudinem, pastum, censum, vel inpensionem [9] non opera seu tributa, exennia seu munuscula, vel aliquod [10] quodlibet, ab eorum possessionibus exigat.

---

[1] *quoddam*] omit, Cartul.
[2] *prædicta*] eadem, Roll.
[3] *Johanni*] sustentatione, Roll.
[4] *quicquid*] quicquam, Roll.
[5] *suas*] omit, Cartul.
[6] *propria*] prædicta, Roll.
[7] *suam*] omit, Roll.
[8] *aliqua*] alia, Roll.
[9] *inpensio..em*] impensionem, Roll.
[10] *aliquod quodlibet*] aliud quidlibet, Roll.

Quam quidem cartam dominus Rex[1] Henricus, dudum Rex Angliæ, proavus domini Regis nunc, inspexit, concessit et confirmavit, pro se et heredibus suis, et cætera.

Et non intendit, quod dominus Rex velit, aut debeat, ipsum Abbatem, contra tenorem prædictarum[2] cartarum, de aliqua hujusmodi sustentatione in hac parte, onerare.

Et dominus Rex, per prædictum Johannem Pyrie,[3] pro[4] et cætera, dicit, quod licet progenitores sui prædicti[5] prædictas quietantias præfatis Abbati et monachis concesserunt, ut prædictum est, dominus tamen Edwardus Rex,[6] pater domini Regis nunc, et similiter progenitores sui, usi sunt et gavisi, in abbatia prædicta, de hujusmodi sustentationibus et impensionibus habendis, servientibus suis pro servitiis suis gratuiter[7] providendis et faciendis, ut[8] de jure ipsorum Regum, ratione prærogativæ suæ, et cætera.

Et ex quo idem dominus Rex nunc est in possessione de hujusmodi sustentationibus et cætera, petit judicium, si prædictus Abbas devolvere se possit, quin ad prædictam sustentationem prædicto[9] Johanni faciendam onerari debeat in hac parte.

Et super hoc datus est dies partibus, coram Rege hic,[10] in octabis Sancti Johannis Baptistæ, ubicumque et cætera, salvis partibus rationibus suis hinc inde dicendis,[11] et cætera.

Ad quem diem venit, tam prædictus Johannes de Pyrie,[12] per Johannem de Ledenham, attornatum suum, quam prædictus Abbas, per Johannem de Huntingdonia, attornatum suum.

Et datus est eis dies coram domino[13] Rege hic, a die Sancti Michaelis in quindecim dies, ubicumque et cætera, eodem statu quo nunc. Eo quod prædictus Johannes de[14] Pyrie non dum informatur pro domino Rege, et cætera.

Ad quem diem venit prædictus Johannes de Pyrie,[12] qui sequitur pro domino Rege.

---

[1] *Rex*] omit, Roll.

[2] *prædictarum cartarum*] cartarum prædictarum, Roll.

[3] *Pyrie*] de Pirie, Roll.

[4] *pro*] omit, Roll.

[5] *prædicti*] omit, Cartul.

[6] *Rex*] omit, Cartul.

[7] *gratuiter*] gratuitis, Roll.

[8] *ut*] omit, Cartul.

[9] *prædicto*] præfato, Roll.

[10] *hic*] omit, Cartul.

[11] *dicendis*] dicent', Cartul.

[12] *Pyrie*] Pirie, Roll.

[13] *domino Rege hic*] Rege, Cartul.

[14] *de Pyrie*] Pirie, Roll.

Et similiter prædictus Abbas, per attornatum suum supradictum.[1]

Et super hoc dominus Rex mandavit Justiciariis suis hic breve suum clausum, sub pede sigilli sui,[2] in hæc verba:—

A.D. 1331. October 12. The King's writ.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido Le Scrop,' et sociis suis Justiciariis nostris[3] ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.

Cum, inter cæteras libertates et quietantias, quas Sanctus Edwardus, dudum Rex Angliæ, progenitor noster, per cartam suam, quam inspeximus, tunc Abbati de Rameseye, et monachis ibidem Deo servientibus concessit, concesserit eisdem, quod nullus succedentium Regum, Episcoporum,[4] Principum, Comitum, Vicecomitum, Procuratorum, seu aliorum Regum clientium, vel alia quælibet magna vel parva persona, per vim aut per consuetudinem, pastum, censum vel inpensionem, non opera, non tributa, exennia, seu munuscula, vel aliud quidlibet, ab eorum possessionibus exigat.

Et dominus Henricus, quondam Rex Angliæ, proavus noster per cartam suam, quam similiter inspeximus, pro se et heredibus suis, tunc Abbati ejusdem loci, et monachis prædictis, concesserit et confirmaverit omnes dónationes, libertates, et quietantias, quas tunc habuerunt per cartam Beati Edwardi progenitoris nostri prædicti, prout in eadem carta confirmationis plenius continetur.

Jamque[5] dilectus noster[6] in Christo, nunc Abbas loci prædicti, per petitionem suam, coram nobis in[7] consilio nostro exhibitam, nobis supplicaverit, ut cum ipse, pro eo quod quandam certam sustentationem in[8] domo sua Johanni de Pyrie quoad vixerit, ad rogatum nostrum concedere non curavit, contra tenorem cartæ et confirmationis prædictarum, jam sit coram vobis, tam[9] ad sectam nostram, quam præfati Johannis implacitatus velimus sibi de remedio providere.

Nos, eidem Abbati in hac parte volentes[10] fieri quod est justum, vobis mandamus, quod visis cartis prædictis, ipsum

---

[1] *supradictum*] prædictum, Roll.
[2] *sui*] omit, Cartul.
[3] *nostris*] omit, Roll.
[4] *Episcoporum*] omit, Cartul.
[5] *Jamque*] Jam, Cartul.
[6] *noster*] nobis, Roll.
[7] *in*] et, Roll.
[8] *in*] de, Roll.
[9] *tam*] omit, Cartul.
[10] *volentes fieri*] fieri volentes, Roll.

Abbatem, contra tenorem cartæ et confirmationis prædictarum non molestetis in aliquo, seu gravetis. f. ccii. b.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, duodecimo die Octobris, anno regni nostri quinto.

Per[1] petitionem de consilio.

Misit etiam dominus Rex, ad prosecutionem Johannis de Pyrie,[2] quoddam breve, sub privato sigillo suo, Justiciariis suis hic, in hæc verba:—

A.D. 1331. October 15. The King's writ of Privy Seal.

Edward, par la grace de Dieu Roi Dengleterre, Seigneur Dirland',[3] et Ducs Daquit', a noz chers et fealx[4] Geffrei Le Scrop', et ses compaignons, noz Justices assignez a tenir les plees[5] devant nous, salutz.

Come plee soit pendaunt devant[6] vous, entre nous et Labbe et Covent' de Rameseye, de ceo que les ditz Abbe et Covent ne veillent[7] resceiver[8] nostre bien ame[9] Johan de[10] Pyrie en la[11] dite meson, et trovier[12] a lui en icele[13] au tiel[14] sustenance,[15] come Hervi[16] de Forges i[17] avoit tant come il vesquist, solom[18] ceo que nous lour avoms maunder[19] par plusours[20] nos[21] lettres.

Vous mandoms et chargeoms,[22] que a ceo que nostre droit puisse[23] estre trie[24] hastiement,[25] mettez tote la diligence que vous saveretz[26] et porretz,[27] issint que nostre droit ne soit delaie en nulle[28] manere.

Done soutz nostre prive seal a[29] Westm', le quynzme jour Doctobre',[30] lan de nostre regne quinte.

---

[1] *Per . . . consilio*] supplied from Roll.
[2] *Pyrie*] Pirie, Roll.
[3] *Dirland'*] Dirlaund', Roll.
[4] *fealx*] foialx, Roll.
[5] *plees*] pledz, Roll.
[6] *devant*] devaunt, Roll.
[7] *veillent*] veullent, Roll.
[8] *resceiver*] rescevire, Roll.
[9] *ame*] amez, Roll.
[10] *de Pyrie*] Pirie, Roll.
[11] *la*] lour, Roll.
[12] *trovier*] trover, Roll.
[13] *icele*] ycele, Roll.
[14] *tiel*] tiele, Roll.
[15] *sustenance*] sustenaunce, Roll.
[16] *Hervi*] Henry, Cartul.
[17] *i*] y, Roll.
[18] *solom*] solonc, Roll.
[19] *maundez*] maunde, Cartul.
[20] *plusours*] plusoures, Roll.
[21] *nos*] noz, Roll.
[22] *chargeoms*] chargeons, Cartul.
[23] *puisse*] peusse, Roll.
[24] *trie*] triez, Roll.
[25] *hastiement*] hastinement, Roll.
[26] *saveretz*] saverez, Roll.
[27] *porretz*] purrez, Roll.
[28] *nulle*] nule, Roll.
[29] *a Westm'*] omit, Cartul.
[30] *Doctobre*] de Octobre, Roll.

Quorum prætextu, quæsitum est a[1] prædicto Johanne de Pyrie,[2] qui sequitur, tam pro domino Rege, quam pro seipso, et a servientibus ipsius Domini Regis, si quid aliud velint dicere pro jure ipsius domini[3] Regis in hac parte, et cætera.

Qui dicunt, quod non.

Et super hoc, inspectis quietantiis ipsius Abbatis, in cartis prædictorum progenitorum Regis nunc contentis, et etiam brevibus domini Regis prædictis, missis hic[4] coram Rege, et cætera, visum est curiæ, quod prædictus Abbas, ad sustentationem prædictam faciendam, per viam rogaminis, ut de jure ipsius Regis onerari non debet, secundum legem et consuetudinem regni, et cætera, contra tenorem cartarum prædictarum. Per quod dictum est eidem Abbati, quod eat inde sine die, salvo semper jure domini Regis, cum alias inde loqui voluerit, et cætera.

Sine[5] die.

DLXXVI.

Petitio consilio exhibita apud Westmonasterium, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu quinto; virtute cujus petitionis concessæ fuerunt commissiones et cartæ subsequentes.

A.D. 1330. Petition of Ramsey Abbey to the Council.

A nostre Seigneur le Roi, prient ors umbles chapeleins, Labbe et covent' de Rames', que come ils eiount par chartes des Roix, vos progenitours, conisance de totes manere des plees, ausint bien de la coronne, come dautres, deinz lour fraunchise, quest appele le banklue de Rames', par lour Justices demeigne, la quele banklue ascune part forsque une lue, et les gentz illoeques demorauntz sont si entreliez par conspirancie et confederancie, que le dit Abbe, par ses ballyfs, ne put les messesours chastier, ne autrement a verite atteindre, par enqueste, come apent qil luy plese, por sa pees le melz garder graunter une commission de sa chancellerie, adenquere ausint bien par gentz foreins come de la fraunchise avantdite, solom ce que lour verra, quil soit affere des felonies, trespas, conspiracies, confederacies, et alliaunces faites par les gentz, deinz la banclue avantdite, et oyer et terminer les pleintes de chescun, que pleindre se voudrent, auxi bien por le Roi, come por eux des felonies et trespas avantdites.

Et sur ceo granter, par ses lettres patentes, au dit Abbe, que cel assignement ne chete poynt en prejudice a sa meson endroit de sa fraunchise avantdite pur temps avenir.

f. cciii.

[1] *a*] de, Roll.
[2] *Pyrie*] Pirie, Roll.
[3] *domini*] omit, Roll.
[4] *hic coram Rege*] coram Rege hic, Roll.
[5] *Sine die*] omit, Cartul.

DLXXVII.

Commissio virtute præscriptæ petitionis concessa.

Rex,[1] dilectis et fidelibus suis Galfrido Le Scrop', Willelmo de Herle, Johanni de Cantebrigia, Rogero Hillary, et Roberto de Sadyngtone, salutem. A.D. 1331. November 13. Commission in pursuance thereof.

Quia datum est nobis intelligi, quod quamplures homines de libertate Abbatis de Rameseia, de banleuca, confederationes, alligationes, et conspirationes inter se, necnon oppressiones, rerum extorsiones, et alia damna et gravamina, necnon felonias, transgressiones, et excessus diversos, infra eandem libertatem multipliciter fecerunt, et indies facere non desistunt, in nostri contemptum, pacis nostræ lesionem, necnon damnum, depauperationem et terrorem populi nostri partium illarum manifestum. Quod super oppressionibus, conspirationibus, rerum extorsionibus, damnis, gravaminibus, et excessibus prædictis, propter conspirationes, confederationes[2] et alligationes prædictas, inter homines de libertate prædicta factas, per juratores ejusdem libertatis veritas sciri vel inquiri commode non poterit, ut deceret.

Nos, ne præmissa taliter inpunita remaneant, remedium apponere volentes opportunum, assignavimus vos, quatuor,[3] tres, vel duos vestrum, Justiciarios nostros, ad inquirendum, per sacramentum proborum et legalium hominum, tam de libertate prædicta, quam de partibus forinsecis eidem libertati vicinis, per quos rei veritas melius sciri poterit et inquiri, de confederationibus, alligationibus, conspirationibus, oppressionibus, rerum extorsionibus, damnis, gravaminibus, feloniis, transgressionibus, et excessibus, quibuscumque, per quoscumque infra eandem libertatem, tam tempore domini Edwardi[4] quondam Regis Angliæ, patris nostri, quam nostro, factis sive illatis plenius veritatem; et ad ea, tam ad sectam nostram, quam aliorum quorumcumque inde coram vobis conqueri seu prosequi volentium, audiendum et terminandum, et celerem justitiam inde faciendam, secundum legem et consuetudinem regni nostri.

Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies et loca quos vos, quatuor, tres, vel duo vestrum, ad hoc provideritis, præmissa omnia et singula faciatis et expleatis in forma prædicta, facturi inde quod ad justitiam pertinet, secundum legem et consuetudinem regni nostri, salvis nobis amerciamentis et aliis ad nos inde spectantibus.

---

[1] Also on Patent Roll, 5 Edw. III. p. 3. m. 16 d., with this title *De inquirendo de confederationibus infra libertatem de Banleuca, et oppressionibus et cætera, audiendo et terminando.*

[2] *confederationes*] omit, Cartul.

[3] *quatuor. . . vel*] tres et, Roll.

[4] *Edwardi*] omit, Cartul.

Mandavimus enim Vicecomiti nostro Huntingdoniæ, quod ad certos dies et loca, quos vos, quatuor, tres, vel duo vestrum, ei scire faciatis, venire faciat coram quatuor, tribus, vel duobus vestrum, tot et tales probos et legales homines, tam de libertate prædicta, quam de partibus forincecis eidem libertati vicinis, per quos rei veritas in præmissis melius sciri poterit, et inquiri.

In cujus rei testimonium, et cætera.

Teste me ipso, apud Wyndesore, decimo tertio die Novembris, anno regni nostri quinto.

Per consilium.

DLXXVIII.

A.D. 1331. November 16. Commission to inquire concerning the banlieu.

Rex[1] omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum assignaverimus dilectos et fideles nostros Galfridum Le Scrop', Willelmum de Herle, Johannem de Cantebrigia, Rogerum Hillary, et Robertum de Sadington', quatuor, tres, et duos eorum, Justiciarios nostros, ad inquirendum, per sacramentum proborum et legalium hominum, tam de libertate Abbatis de Rameseia, banleucæ suæ de Rameseia, quam de partibus forinsecis eidem libertati vicinis, f. cciii. b. de confederationibus, alligationibus, conspirationibus, et oppressionibus, rerum extorsionibus, damnis, gravaminibus, feloniis, transgressionibus, et excessibus, per homines dictæ libertatis factis, plenius veritatem, et ad ea, tam ad sectam nostram, quam aliorum quorumcumque, inde coram eis conqueri seu prosequi volentium, audiendum et terminandum, secundum legem et consuetudinem regni nostri, prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur.

Nos, ne præfato Abbati seu successoribus suis Abbatibus loci prædicti super libertatem prædictam, pretextu dictæ assignationis nostræ, futuris temporibus præjudicium generetur, volentes eorum securitati in hac parte providere, volumus et concedimus, pro nobis et heredibus nostris, quod assignatio prædicta, seu sessio Justiciariorum nostrorum prædictorum infra dictam libertatem, vel inquisitiones per homines forinsecos super hiis quæ infra dictam libertatem emerserint, faciendas, aut quævis,[2] alia per ipsos Justiciarios virtute ejusdem assignationis super præmissis attemptata vel attemptanda, præfato Abbati seu successoribus suis prædictis, super liber-

---

[1] Also on Patent Roll, 5 Edw III. p. 3, m. 12, with this title, *Pro Abbate de Rameseye.*

[2] *quævis*] quietus, Cartul.

tate prædicta non cedant in præjudicium, nec trahantur in consequentiam, in futurum.

In cujus rei testimonium, et cætera.

Teste me ipso, apud Wyndesore, decimo sexto die Novembris, anno regni nostri quinto.

Per consilium.

DLXXIX.

Communia placita tenta Londoniæ, die Lunæ in crastino Sanctæ Petronillæ, anno regni Regis [Edwardi] Tertii post conquestum sexto.

A.D. 1332. June 1. Pleading between the Abbot of Ramsey and Peter le Coffrer, concerning a tenement in Broad Street, London.

London,[2] pro quinque solidis in Bradestrete.

Abbas de Rameseia attachiatus fuit ad respondendum Petro le Coffrer in placito namii.

Et unde queritur, quod prædictus Abbas venit ad liberum tenementum suum, in parochia de Bradstret', London', videlicet die[3] Lunæ proximo post festum Sanctæ Fidis Virginis, anno regni Regis nunc quinto, et in eodem cepit namia sua, quæ hic sunt, pretii decem solidorum, et ea asportavit, et detinuit, quousque per vadia et plegia Johanni de Mocking', uni Vicecomitum London', deliberata fuerint[1] ad damnum suum, et cætera.

Et hoc offert, et cætera.

Et prædictus Abbas venit, et defendit damnum, et quicquid et cætera, et advocat captionem prædictam esse justam, et cætera.

Et dicit, quod tenementum, ubi namium et cætera, tenetur de eo, et ecclesia sua Sancti Benedicti de Rameseye, per liberum servitium quinque solidorum per annum, de quo quidem servitio prædictus Abbas seisitus fuit, per manus prædicti Petri, tamquam veri tenentis sui, ut de jure ecclesiæ suæ prædictæ, et cætera.

Et quia triginta et quinque aretro fuerunt, die captionis prædictæ, per septem annos elapsos, cepit namia prædicta, pro decem solidis, de duobus primis annis dictorum septem annorum.

Et sic juste et cætera.

Et prædictus Petrus dicit, quod prædictus Abbas numquam fuit seisitus de servitio prædicto, per manus ejusdem Petri, sicut advocat, et cætera.

Et hoc petit quod inquiratur, et cætera.

Et prædictus Abbas similiter.

---

[1] *fuerint*] fuerunt, Cartul.

[2] *London'* . . . *Bradestrete*] Added in a later hand.

[3] *di Lunæ*] October 7, 1331.

Ideo summoneatur patria contra proximam curiam, et cætera. Et idem dies et cætera.

Postea, continuato processu usque ad curiam tentam die Lunæ in crastino Sanctæ Trinitatis, anno regni Regis nunc septimo, prædictus Abbas venit per Johannem de Horwode, attornatum suum, et cætera.

Et prædictus Petrus in propria persona sua venit, et bene concedit et cognovit dictum tenementum teneri de prædicto Abbate, ut de jure ecclesiæ suæ prædictæ, per servitium prædictum, et cætera, et prout idem Abbas advocat, et cætera.

Ideo consideratum est, quod prædictus Abbas habeat returnum namiorum prædictorum irreplegiabilium, et cætera.

Et prædictus Petrus in misericordia, et cætera.

Et prædictus Abbas remittit arreragia, et cætera.

DLXXX.

f. cciiii.

Placita[1] *apud Westmonasterium, coram domino Willelmo de Herle, et sociis suis de Communi Banco, anno regni Regis Edwardi Tertii a Conquestu sexto vel septimo.*

Her[t]ford'.

A.D. 1332–1334. Pleading between Simon, Abbot of Ramsey, and John, son of Warin of Bradenache concerning certain land in Therfield.

Simon, Abbas de Rameseye per Johannem[2] de Kyrkeby, attornatum suum, petit versus Johannem filium Warini de Bradenache, decem acras terræ, et[3] duas partes unius mesuagii et unius acræ terræ, cum pertinentiis, in Therfelde.

Et versus Margaretam, quæ fuit uxor Thomæ de Bradenache, quinque acras terræ, et[3] tertiam partem unius mesuagii et unius acræ terræ, cum pertinentiis, in eadem villa, ut jus

---

[1] This pleading also occurs on the De Banco Rolls, Trin. 6 Edw. III. rot. 36, and Easter 7 Edw. III., rot. 174.

The general heading of the first Roll runs thus, *Placita apud Westmonasterium, coram Willelmo de Herle, et sociis suis, Justiciariis domini Regis de Banco, de termino Sanctæ Trinitatis, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu sexto.*

De Octabis Sanctæ Trinitatis.

That of the second Roll is as follows, *Placita apud Westmonasterium coram Willelmo de Herle, et sociis suis, Justiciariis domini Regis de Banco, a die Paschæ in quindecim dies, anno regni Regis Edwardi Tertii a conquestu septimo.*

Adhuc de mense Paschæ.

[2] *Johannem de Kyrkeby*] omit, Trin. Roll.

[3] *et*] omit, Cartul.

ecclesiæ suæ Beatæ Mariæ de Rameseye, et[1] in quas iidem Johannes et Margareta non habent ingressum, nisi post dimissionem quam Hugo, quondam Abbas de Rameseye, prædecessor prædicti Abbatis, inde fecit Warino de Bradenache, sine assensu et voluntate capituli sui, et cætera.

Et Johannes et Margareta, per Hugonem[2] de Sautre, attornatum ipsius[3] Margaretæ, venit, et[4] eadem Margareta, quo ad prædicta tenementa versus eam petita, vocant inde ad warantiam prædictum Johannem, qui præsens est hic in curia, et gratis ei warantizant, et cætera.

Et idem Abbas petit versus eum prædicta tenementa in forma prædicta, et cætera.

Et unde dicit, quod quidam Hugo, quondam Abbas, prædecessor et cætera, fuit seisitus de prædictis[5] tenementis, ut[6] de jure ecclesiæ suæ prædictæ, tempore pacis, tempore domini Henrici Regis, proavi domini Regis nunc, capiendo inde expletias ad valentiam et cætera.

Et in quas et cætera.

Et inde producit sectam, et cætera.

Et Johannes defendit jus suum, quando et cætera.

Et petit licentiam inde loquendi. Et habuit.

Postea prædictus Johannes solempniter vocatus. Et non venit, sed recessit, in contemptum curiæ et cætera.

Ideo, quo ad prædicta tenementa versus prædictum Johannem petita, consideratum[7] est, quod prædictus Abbas recuperet inde seisinam[8] suam versus eum.

Et idem Johannes in misericordia.

Et quo ad prædicta tenementa versus prædictam Margaretam petita, consideratum est, quod idem Abbas recuperet inde seisinam suam versus eam, et eadem Margareta habeat de terra prædicti Johannis ad valentiam et cætera.

Et idem Johannes in misericordia.

---

[1] *et in quas . . . capituli sui*] per breve de ingressu, Trin. Roll.

[2] *Hugonem*] Hamonem, Trin. Roll.

[3] *ipsius Margaretæ*] suum, Trin. Roll.

[4] *et eadem Margareta . . . Ideo prædictus Abbas habeat executionem, et cætera*; p. 114, last line.] Et petit inde visum. Habeant. Dies datus est eis hic in octabis Sancti Martini, et cætera. Et interim et cætera, Trin. Roll.

[5] *prædictis*] eisdem, Roll.

[6] *ut*] et, Cartul.

[7] *consideratum*] Originally written *scons*' in Cartul. but a dot of subpunction is placed under the first *s*.

[8] *seisinam*] seisina, Roll.

Sed quia dubitatur de fraude inter eos allocata,[1] contra formam statuti et cætera, præceptum est Vicecomiti, quod venire faciat hic, a die Sanctæ Trinitatis in quindecim dies, nisi Willelmus de Herle, die Veneris proxima ante festum Pentecostes, apud Crucem Roesie[2] prius venerit duodecim et cætera.

Et qui prædictum Abbatem nulla affinitate et cætera.

Et per eorum sacramentum diligenter inquirat, quale jus idem Abbas habet in prædictis tenementis et cætera.

Et quis prædecessor et cætera.

Et interim et cætera.

Et scire faciat capitalibus dominis, et cætera, quod tunc sint hic vel ibidem, audiendam[3] illam recognitionem, si et cætera.

Ad quem diem venit prædictus Abbas, per prædictum attornatum suum.

Et[4] Vicecomiti mandat, quod non sunt[5] aliqui capitales domini inter prædictum Abbatem et dominum Regem.

Et prædictus Willelmus de Herle, coram quo et cætera, misit hic veredictum juratæ prædictæ in hæc verba :—

Postea ibidem, coram præfato[6] Willelmo, associato sibi Johanne de Bloville,[7] venit prædictus Abbas per attornatum suum.

Et similiter juratores, qui dicunt, super sacramentum suum, quod prædicta tenementa sunt de jure ecclesiæ ipsius Abbatis.

Et quod quidam Hugo, quondam Abbas, prædecessor et cætera, fuit seisitus de eisdem, ut de jure ecclesiæ suæ Beatæ Mariæ de Rameseye, tempore domini Henrici Regis, avi domini Regis nunc.

Et quod nulla est collusio inter prædictum Simonem Abbatem et prædictum Johannem filium Warini.

Ideo prædictus Abbas habeat executionem, et cætera.

---

1 *allocata*] prælocuta, Roll.
2 *Roesie*] Roesiam, Cartul.
3 *audiendam*] audituram, Roll.
4 *et*] omit, Roll.
5 *sunt*] sint, Cartul.
6 *præfato*] prædicto, Roll.
7 *Bloville*] Blouville, Roll.

DLXXXI.

Indentura Johannis de Bradenache. f. cciiii. b.

A.D. 1333. July 14. Indenture between the Abbot of Ramsey and John, son of Warin de Bradenache, concerning land and a messuage in Therfield.

Hæc indentura testatur, quod [Simon], Abbas de Rameseia, et ejusdem loci conventus, unanimi assensu et voluntate, concesserunt et dimiserunt Johanni filio Warini[1] de Bradenache, decem acras terræ, et duas partes unius mesuagii et unius acræ terræ, cum pertinentiis, in villa de Therfelde, ad terminum vitæ suæ, simul cum reversione quinque acrarum terræ, et tertiæ partis prædicti mesuagii et unius acræ terræ, cum pertinentiis, in eadem villa, post mortem Margaretæ, quæ fuit uxor Thomæ de Bradenache, fratris prædicti Johannis, et quæ idem Abbas recuperavit versus prædictos Johannem et Margaretam in curia domini Regis, per breve de ingressu, coram domino Willelmo de Herle et sociis suis justiciariis de Banco.[2]

Habendum et tenendum prædictas decem acras terræ, et prædictas duas partes, cum reversione prædicta, quando acciderit, de prædicto Abbate et successoribus suis, ad terminum vitæ prædicti Johannis, per servitium quinque solidorum per annum annuatim, ad totam vitam ipsius Johannis, videlicet, medietatem ad festum Sancti Michaelis, et medietatem ad festum Paschæ, pro omnibus aliis servitiis et consuetudinibus.

Et si contingat dictum Johannem in fatis decedere, vivente Warino fratre suo, dictus Abbas concessit, quod dictus Ware habeat et teneat omnia prædicta terras et tenementa, cum pertinentiis, ad terminum septem annorum, post mortem prædicti Johannis, per servitia prædicta.

Et quod, post mortem prædicti Johannis, vel post terminum prædictorum septem [annorum], si contingat dictum Johannem dictum Warinum supervivere, omnia supradicta tenementa, cum omnibus suis pertinentiis, sine ullo retenemento prædicto, Abbati et successoribus suis revertantur imperpetuum.

Et prædictus Simon Abbas, et successores sui, omnia prædicta terras et tenementa, cum pertinentiis prædictis, Johanni et Warino, in forma prædicta, warantizabunt, acquietabunt, et defendent, in forma prædicta.

In cujus rei testimonium, parti hujus scripti indentati, penes dictum Johannem remanenti, sigillum domus de Rameseia commune est appensum, et parti, penes dictum Abbatem et

---

1 *Warini*] Bar', Cartul.

2 See No. DLXXX, p. 112.

Conventum remanenti, prædictus Johannes sigillum suum apposuit.

His testibus, Johanne de Bounvule, Thoma de Brancestre, Mauricio Caperoun, Alexandro Otewey, Johanne Beauchamp, Johanne le Chamberleyn, Elya de Gledeseye, Alano de Reede, Radulpho le Camberlein, Johanne de Schepwic, et aliis.

Data apud Therfelde, die Veneris proxima post festum Translationis Sancti Thomæ Martiris, anno regni Regis Edwardi Tertii post conquestum septimo.

DLXXXII.

Placitum apud Eboracum, coram Willelmo de Herle, et sociis suis domini Regis de Banco, termino Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi tertii a conquestu septimo; Rotulo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Huntingdonia.[1]

A.D. 1332. Pleading between Sir John de Den, and others, and Robert de Bevile and William Attehalle, concerning the taking of certain cattle in Conington.

Robertus de Bevile[2] et Willelmus Attehalle in misericordia,[3] pro pluribus defaltis.

Iidem Robertus et Willelmus summoniti fuerunt ad respondendum Johanni de Den militi, de placito, quare ceperunt averia ipsius Johannis, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium, et cætera.

Et unde idem[4] Johannes, per Willelmum de Lufwik',[5] attornatum suum, queritur, quod prædicti Willelmus[6] et Robertus, die Mercurii in festo Circumcisionis Domini, anno regni domini Regis nunc quinto, in villa de Conyngtone, in quodam loco qui vocatur Seggemor, ceperunt sex jumenta, et f. cc. v. quaterviginti oves, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium et cætera, quousque et cætera.

Unde dicit quod deterioratus est, et habet[7] damnum ad valentiam viginti librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

---

[1] Also on De Banco Roll, Michaelmas 7 Edw. III., rot. 252, d.

[2] *Bevile*] Bevyle, Roll.

[3] *Misericordia* is entered seven times against this pleading in the margin of the Roll, but struck through in every case to indicate that the fines had been settled.

[4] *idem*] supplied from Roll.

[5] *Lufwik'*] Luffewyk', Roll.

[6] *Willelmus et Robertus*] Robertus et Willelmus, Roll.

[7] *habet damnum*] damnum habet, Roll.

Iidem[1] Robertus Bevyle et Willelmus in misericordia, pro pluribus defaltis.

Iidem Robertus et Willelmus summoniti fuerunt ad respondendum Johanni Wysman de placito, quare ceperunt averia ipsius Johannis, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium, et cætera.

Et unde idem Johannes, per prædictum Willelmum, attornatum suum, queritur, quod prædicti Robertus et Willelmus, prædictis die et anno, in prædictis villa et loco, ceperunt duo jumenta ipsius Johannis, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium, et cætera, quousque et cætera.

Unde dicit, quod deterioratus est, et damnum habet ad valentiam decem librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Iidem Robertus et Willelmus in misericordia, pro pluribus defaltis, et cætera.

Iidem Robertus et Willelmus summoniti fuerunt ad respondendum Rogero Costard' de placito, quare ceperunt averia ipsius Rogeri, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium, et cætera.

Et unde idem Rogerus, per prædictum Willelmum, attornatum suum, queritur, quod prædicti Robertus et Willelmus, prædictis die et anno, in prædictis villa et loco, ceperunt duo jumenta ipsius Rogeri, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium, et cætera, quousque et cætera.

Unde dicit, quod deterioratus est, et damnum habet ad valentiam decem librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Iidem Robertus et Willelmus atte Halle in misericordia, pro pluribus defaltis, et cætera.

Iidem Robertus et Willelmus summoniti fuerunt ad respondendum Waltero de Exton', de placito, quare ceperunt averia ipsius Walteri, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium.

Et unde idem Walterus, per prædictum Willelmum attornatum suum, queritur, quod prædicti Robertus et Willelmus, prædictis die et anno, in prædictis villa et loco, ceperunt duo juamenta ipsius Walteri, et ea injuste detinuerunt, contra vadium et plegium, et cætera, quousque et cætera.

---

[1] *Iidem Robertus* . . . *Et inde producit sectam* (p. 118, line 10 from the bottom). All these twenty-five paragraphs, comprising five suits, are supplied from Roll.

Unde dicit, quod deterioratus est, et damnum habet ad valentiam decem librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Idem Robertus in misericordia, pro pluribus defaltis.

Idem Robertus summonitus fuit ad respondendum Johanni Pers de placito, quare ipse, simul cum Ricardo atte Halle, cepit averia ipsius Johannis, et ea injuste detinuit, contra vadium et plegium, et cætera.

Et unde idem Johannes, per prædictum Willelmum, attornatum suum, queritur quod prædictus Robertus, simul et cætera, prædictis die et anno, in prædictis villa et loco, cepit duo jumenta ipsius Johannis, et ea injuste detinuit, contra vadium et plegium, et cætera, quousque et cætera.

Unde dicit, quod deterioratus est, et damnum habet ad valentiam decem librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Idem Robertus in misericordia, pro pluribus defaltis, et cætera.

Idem Robertus summonitus fuit ad respondendum Ricardo atte Brigge, de placito, quare ipse, simul cum prædicto Ricardo atte Halle, cepit averia ipsius Ricardi atte Brigge, et ea injuste detinuit, contra vadium et plegium, et cætera.

Et unde iidem Ricardus atte Brigge, per prædictum Willelmum, attornatum suum, queritur, quod prædictus Robertus, simul et cætera, prædictis die et anno, in prædictis villa et loco, cepit duo jumenta ipsius Ricardi, et ea injuste detinuit, contra vadium et plegium, et cætera, quousque et cætera.

Unde dicit quod deterioratus est, et damnum habet ad valentiam decem librarum.

Et inde producit sectam, et cætera.

Et Robertus et Willelmus, per Symonem[1] Ganet, attornatum suum, venit, et defendit vim et injuriam, quando et cætera.

Et quo[2] ad hoc, quod prædictus Johannes de Deen[3] queritur, quod ipsi ceperunt sex jumenta, et quaterviginti oves, prædictus Robertus dicit, quod ipse non cepit nisi tria jumenta tantum.

Et quo ad hoc, quod prædicti Johannes Wysman[4] et alii queruntur, quod ipsi ceperunt de quolibet illorum[5] duo

---

[1] *Symonem*] Simonem, Roll.
[2] *quo*] quod, Cartul.
[3] *Deen*] Den, Roll.
[4] *Wysman*] Wyssman, Roll.
[5] *illorum*] eorum, Roll.

jumenta, idem Robertus dicit, quod ipse non cepit, de[1] quolibet eorum, nisi unum jumentum tantum. Et jumenta illa cepit in villa de Waltone, in quodam loco qui vocatur Waltonemiddelmor,[2] qui est unus et idem locus quem prædicti Johannes de Deen[3] et alii querentes narrando[4] nominant Seggemor. Et captiones illas, pro se et[5] pro prædicto Willelmo, bene advocat et juste, dicit enim quod ipse tenet in prædicta villa de Waltone octo bovatas terræ, cum[6] pertinentiis, ad quas communa pasturæ est pertinens.

Et quia invenit prædicta jumenta in prædicto loco de Waltonemiddilmor,[7] in prædicta villa de Waltone, ubi prædicti Johannes de Den et alii querentes nullam communam habent, herbam suam depascentes, et damna[8] facientes, cepit[9] ipse prædicta[10] jumenta, sicut ei bene licuit, et[11] cætera.

Et Johannes de Den et alii querentes dicunt, quod prædictus Robertus cepit omnia averia prædicta, sicut ipsi superius queruntur.

Et quod[12] prædictus locus de Seggemor, quem prædictus Robertus, in advocando, nominat Waltonemiddelmor, est in villa de Conyngtone, et non in[13] villa de Waltone.

Et hoc petunt,[14] quod inquiratur per patriam.

Et Robertus similiter.

Ideo præceptum est Vicecomiti, quod venire faciat hic, in octabis Sancti Hillarii, duodecim et cætera, per quos et cætera, et qui[15] nec et cætera, ad recognoscendum et cætera, quia tam et cætera.

Postea continuato inde processu usque ad hunc diem, scilicet in octabis Sancti Michaelis,[16] anno regni domini Regis nunc nono, per juratam positam in respectu, nisi Johannes de Shardelow, die Lunæ proximo post festum Sanctæ Margaretæ Virginis, apud Huntingdoniam prius venisset.

---

[1] *de . . . nisi*] nisi de quolibet eorum, Roll.

[2] *Waltonemiddelmor*] Middelmor, Cartul.

[3] *Deen*] Den, Roll.

[4] *narrando*] omit, Cartul.

[5] *et*] interlined in Roll.

[6] *cum pertinentiis*] omit, Cartul.

[7] *Waltonemiddilmor*] Waltonemiddelmor, Roll.

[8] *damna*] damnum, Roll.

[9] *cepit ipse*] ceperunt, Cartul.

[10] *prædicta jumenta*] jumenta prædicta, Roll.

[11] *et cætera*] supplied from Roll.

[12] *quod*] omit, Cartul.

[13] *in villa de*] omit, Cartul.

[14] *petunt*] petit, Cartul.

[15] *qui*] quia, Cartul.

[16] *Michaelis*] originally written *Hillarii* in Cartul. but afterwards altered.

Et modo veniunt partes prædictæ, per attornatos suos prædictos, et Johannes de Shardelow, coram quo et cætera, misit hic veredictum patriæ, in hæc verba.

Postea, die et loco infra contentis, coram Johanne de Shardelow, associato sibi Johanne Claver, veniunt partes prædictæ, per attornatos suos prædictos.

Et similiter juratores veniunt, qui de consensu partium ad hoc electi, dicunt super sacramentum suum, quod prædictus locus de Seggemor, quem prædictus Robertus, in advocatione, nominat Waltone Middelmor,[1] est in villa de Conyngtone, et non in villa de Waltone.

Dicunt etiam, quod prædicti Robertus et Willelmus atte Halle ceperunt in eodem loco de Segmor,[2] de prædicto Johanne de Den[3] Chivaler, tria jumenta ad damnum ipsius Johannis quadraginta solidorum.

Et[4] de Johanne Wysman ceperunt unum jumentum ibidem, ad damnum ipsius Johannis Wysman quinque solidorum.

Et de prædicto Rogero Costarde ceperunt unum jumentum ibidem, ad damnum ipsius Rogeri quinque solidorum.

Et de[5] prædicto Waltero de Extone ceperunt unum jumentum ibidem, ad damnum ipsius Walteri quinque solidorum.

Dicunt etiam juratores, quod prædictus Robertus de Bevyle cepit de prædicto[6] Johanne Pers unum jumentum ibidem, ad damnum ipsius Johannis quinque solidorum.

Et de Ricardo atte Brige,[7] cepit prædictus Robertus unum jumentum ibidem, ad damnum ipsius Ricardi[8] quinque solidorum.

Ideo consideratum est, quod prædicti Johannes de Deen[9] et alii querentes recuperent damna sua,[10] prout superius taxantur.

Et Robertus de Bevyle[11] et Willelmus Attehalle in misericordia, et[12] cætera.

---

[1] *Middelmor*] Myddelmor, Roll.

[2] *Segmor*] Seggemor, Roll.

[3] *Den*] Deen, Roll.

[4] *Et*] originally written *Ed* in Cartul., but afterwards altered.

[5] *de*] omit, Roll.

[6] *prædicto*] omit, Cartul.

[7] *Brige*] Brigge, Roll.

[8] *Ricardi*] omit, Cartul.

[9] *Deen*] Den, Roll.

[10] *sua*] omit, Cartul.

[11] *Bevyle*] Beville, Roll.

[12] *et cætera*] omit, Roll.

DLXXXIII.

Galfridus[2] le Scrop', et socii sui, Justiciarii domini Regis nunc,[3] nuper itinerantes in comitatu Norhamtoniæ,[4] alias[5] scilicet a die Sancti Michaelis proximo præterito in tres septimanas, anno regni ejusdem Regis nunc quarto, miserunt coram domino Rege quamdam præsentationem coram eis factam, in hæc verba:— f. cc. vi.[1] A.D. 1330, Sept. 29—October 20. Presentment brought into the King's Bench by the Justices itinerant.

Placita Coronæ apud Northampton', coram Galfrido le Scrop' et sociis suis Justiciariis[7] domini Regis itinerantibus ibidem, die Lunæ proxima post festum Omnium Sanctorum, anno regni Regis Edwardi Tertii post conquestum tertio. *Norh[amtonia].*[6]

Præsentatio.[8]

Juratores hundredorum Nassi, Burgi, Pokebrok', Hokeslowe,[9] Wylibrok'[10] et aliorum hundredorum istius comitatus, præsentant, quod cursus cujusdam aquæ, quæ vocatur Nene, antiquitus solebat descendere directe de villa de Burgo Sancti Petri, in comitatu isto, usque ad portum de Lenne Episcopi, in comitatu Nortff[olciæ],[11] per quam quidem aquam blada, lanæ, et alia mercimonia, solebant cariari ibidem a comitatu isto, et abinde victualia, et alia necessaria, ad comitatum istum recariari per aquam prædictam, usque jam viginti et octo annis elapsis, quod quidam Walterus de[12] Langetone, tunc Coventrensis et Lychfeldensis[13] Episcopus, et Thesaurarius domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, avi domini Regis nunc, per potestatem et dominationem suam, ratione desiccandi manerium A.D. 1329, November 6. Presentment of juries concerning the course of the river Nen. Obstruction of the same by Walter de Langton, Bishop of Coventry and Lichfield.

---

[1] fol. cc. v. b. is entirely blank.

[2] Also on Coram Rege Roll, Mich. 4 Edw. III., (Rex Roll), m. 17; and Trin. 5 Edw. III., (Rex Roll), m. 10.

[3] *nunc*] omit, Mich. Roll.

[4] *Norhamtoniæ*] North't', Trin. Roll.

[5] *alias . . . verba*] miserunt coram domino Rege hic a die Sancti Michaelis in tres septimanas hoc anno quandam præsentationem factam coram eis, et cætera, in hæc verba:—, Mich. Roll.

[6] *Norh[amtonia]*] omit, Cartul.

[7] *Justiciariis*] omit, Cartul.

[8] *Præsentatio*] omit, Mich. and Trin. Rolls.

[9] *Hokeslowe*] Hebeslowe, Cartul.

[10] *Wylibrok'*] Wilybrok', Mich. Roll.

[11] *Nortff[olciæ]*] Norff[olciæ], Mich. and Trin. Rolls.

[12] *de*] le, Cartul.

[13] *Lychfeldensis*] Lich', Mich. and Trin. Rolls.

suum de Coldham, quod situatum est in[1] terra maresca in comitatu Cantebrigiæ, obstruere fecit prædictum cursum, apud Utwelle in comitatu Nortff[olciæ],[2] de terra et sabulone, quod nullus est ibidem transitus navium seu navicularum versus portum de Lenne, sicut antiquitus consuevit, ad damnum et nocumentum domini Regis, et populi sui,[3] tam istius comitatus, quam aliorum comitatuum adjacentium, videlicet North[amptoniæ],[4] Cantebr[igiæ], Hunt[ingdoniæ], et Lincolniæ.

Et nihilominus, per obstructionem prædictam,[5] pro eo quod aqua prædicta ad portum de Lenne descendere non potest, sicut antiquitus facere consuevit, terræ, prata, pasturæ et marisci de Burghfen,[6] Thorneyfen,[7] et alia terræ, prata, pasturæ et marisci adjacentia in comitatibus prædictis, sunt submersa et superundata.

Ad damnum hominum istius comitatus, quolibet[8] anno, trecentarum librarum, et amplius.

Et Edmundus Peverel, filius et heres Roberti Peverel, fratris et heredis prædicti Walteri, quondam Episcopi et cætera, tenens prædictum manerium de Coldham, obstructionem illam manutenet, continuat, et sustentat.

Nesciunt quo waranto.

Ideo præceptum est Vicecomiti North[amtoniæ],[9] quod venire faciat prædictum Edmundum, et cætera.

Postea venit prædictus Edmundus in propria persona sua.

Et allocutus super præsentatione prædicta, si quid pro se habeat,[10] vel dicere sciat, quare obstructio prædicta deleri non debeat, dicit, quod prædictus Walterus, quondam Episcopus et cætera, fuit seisitus de manerio prædicto, et obiit inde[11] seisitus,[12] post cujus mortem Robertus Peverel intravit in eodem,

---

[1] *in terra*] inter, Cartul.

[2] *Nortff*[*olciæ*] Norff', Mich. and Trin. Rolls.

[3] *sui*] omit, Cartul.

[4] *North*[*amptoniæ*] Norff', Mich. and Trin. Rolls.

[5] *prædictam*] omit, Cartul.

[6] *Burghfen*] Burgh'fen, Mich. Roll.

[7] *Thorneyfen*] et Thorneyefen, Mich. and Trin. Rolls.

[8] *quolibet anno*] omit, Cartul.

[9] *North*[*amtoniæ*] Norh't', Mich. Roll.

[10] *habeat*] habet, Cartul.

[11] *inde*] omit, Cartul.

[12] By an inquisition taken at Elm, in Wisbeach Hundred, Cambridgeshire, before the King's escheator, on the Friday next after the feast of St. Lucy the Virgin, 15 Edward II. (December 18, 1321), it was found that the Bishop held, on the day of his death, of the Bishop of Ely in chief, the manor

ut frater ejus et heres, et post mortem ejusdem Roberti idem Edmundus intravit in eodem ut filius ejus et heres, et invenit cursum aquæ prædictæ obstructum, absque hoc quod ipse aliquam obstructionem ibidem fecit de facto suo proprio.

Dicit etiam, quod locus, ubi juratores præsentant prædictam obstructionem esse factam apud Utwelle, est in comitatu Norff[olciæ], ut prædictum est, extra comitatum ipsum.

Et non intendit, quod justiciarii hic de obstructione aliqua facta extra comitatum istum cognitionem habere debeant, et cætera, et petit judicium, et cætera.

Et Ricardus de Aldeburgh', qui sequitur pro domino Rege, dicit, quod licet prædictus Edmundus intendat se excusare de transgressione obstructionis prædictæ per prædictum Walterum Episcopum et cætera, antecessorem suum, factam, et asserat se intrasse in prædictum manerium per descensum hæreditarium post mortem Roberti Peverel, patris sui, fratris et heredis prædicti Walteri, Episcopi et cætera.

Idem tamen Edmundus est tenens prædicti manerii de Coldham, ratione cujus manerii prædicta obstructio facta fuit.

Et dicit, quod damnum et nocumentum, quæ ex obstructione prædicta evenerunt, tam accidunt in aliis diversis comitatibus, scilicet in comitatibus Norff[olciæ], Cantebr[igiæ], Huntingdon[iæ], Lincoln[iæ], quam in comitatu isto.

Et, ex quo prædictum nocumentum præsentatum est in comitatu isto, nec possibile sit, quod nocumenta, quæ ex prædicta obstructione jam evenerunt, præsentari possunt simul et semel in omnibus prædictis comitatibus, in quibus hujusmodi

---

of Coldham in Elm, with 420 acres of land, by the service of one knight's fee; and that his next heir was Edmund, son of Robert Peverel, brother of the aforesaid bishop, of the age of fourteen years or thereabouts. The Bishop died on November 9, 1321 (Chronicles of Edward I. and II. ed. Stubbs, Vol. I., p. 300). Le Neve says that he died on November 16, but that date must be incorrect, for the writs to the various escheators were all issued on November 10.

[1] *ipse aliquam obstructionem . . . . sicut præsentatum est,* (p. 124, l. 15)], obstructio aliqua facta fuit apud Utwelle, ut prædictum est, per prædictum Walterum, Episcopum et cætera, seu quod idem Edmundus obstructionem aliquam per ipsum Episcopum ibidem factam, continuavit, manutenuit, seu sustentavit, ad damnum et nocumentum et cætera, sicut supra præsentatum est, Cartul. and Trin. Roll.

nocumenta existunt, petit judicium, si prædictus Edmundus, qui tenens est de prædicto manerio de Coldham, et qui obstructionem prædictam manutenet, continuat et defendit, se excusare possit, quin ad præsentationem istam hic respondere debeat, et cætera.

Dies datus est prædicto Edmundo, de audiendo judicio suo hic, in octabis Sanctæ Trinitatis, salvis domino Regi, et omnibus aliis quorum interest, rationibus suis, et secta quo ad obstructionem prædictam deobstruendam.

Ad quem diem prædictus Edmundus venit, et dicit, quod nunquam obstructio aliqua facta fuit per prædictum Walterum Episcopum apud Utwelle in comitatu Norff[olciæ], nec idem Edmundus aliquam obstructionem per ipsum Episcopum ibidem factam continuavit seu manutenuit, ad damnum et nocumentum, et cætera, sicut præsentatum est.

Et de hoc ponit se super patriam.

Et Ricardus de Aldeburgh', qui sequitur pro domino Rege, similiter.

Cant' Hunt' Linc' Norht' Norff'.

Et quia visum est curiæ expediens esse, tam pro domino Rege, quam pro populo suo, quod verificatio patriæ in hac parte fiat, tam per juratores comitatuum prædictorum, in quibus nocumenta prædicta assignantur, quam per juratores comitatus Nortff[olciæ],[1] ubi prædicta obstructio dicitur esse facta, præceptum est Vicecomitibus tam Cantebr[igiæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], Norh[amtoniæ], quam Norff[olciæ], quod quilibet eorum venire faciat coram Rege, a die Sancti Michaelis in tres septimanas, ubicumque et cætera, duodecim et cætera, per quos, et cætera.

Et qui et cætera, ad recognoscendum et cætera.

Et idem dies datus est prædicto Edmundo, et cætera.

Ad quem diem Adam de Fincham,[2] qui sequitur pro domino Rege venit, et[3] cætera.

Et prædictus Edmundus, licet solempniter vocatus, non venit.

Ideo capiantur[4] juratæ versus eum[5] per defaltam, et cætera.

Et Vicecomites Cantebr[igiæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], Norh[amtoniæ] et Norff[olciæ], modo non returnaverunt brevia, et cætera.

---

[1] *Nortff[olciæ]*] Norff', Mich. and Trin. Rolls.

[2] *Fincham*] Fyncham, Mich. and Trin. Rolls.

[3] *et cætera*] omit, Cartul.

[4] *capiantur juratæ*] capiatur jurata, Cartul. and Mich. Roll.

[5] *eum*] eam, Cartul.

Ideo, sicut prius, præceptum est eisdem, quod quilibet eorum venire faciat coram Rege, a die Sancti Hillarii in quindecim dies, ubicumque et cætera, duodecim et cætera, per quos et cætera.

Et[1] qui, et cætera, ad inquirendum et cætera.

Postmodum[2] placitum istud plenius irrotulatur termino Trinitatis, anno regni Regis nunc quinto, inter Placita Regis, et cætera.

Ad quam Quindenam Sancti Hillarii venit prædictus Adam, qui sequitur pro domino Rege.

Et Vicecomites Norff[olciæ] et Norh[amtoniæ] returnaverunt, quod brevia adeo tarde venerunt, et cætera.

Et Vicecomes Cant[ebrigiæ] et Hunt[ingdoniæ] retornavit nomina juratorum, et cætera.

Et Vicecomes Lincoln[iæ] nullum breve misit.

Et super hoc dominus Rex misit breve suum justiciariis hic, in hæc verba:—

Breve de Supersedendo.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido Le Scrop', et sociis suis Justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.

A.D. 1331, January 10. The King's writ of supersedendo.

Monstraverunt nobis homines de partibus Merskland' in comitatu Nortff[olciæ],[3] necnon homines ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cantebr[igiæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentes, per petitionem suam, coram nobis et consilio nostro exhibitam, quod cum dictæ partes Merskland', necnon magna pars eorundem comitatuum, per [in]undationes aquarum maritimarum, necnon aquarum de mariscis, ob defectum rectorum cursuum aquarum, ac sewe[r]arum, gutterarum, et fossatorum, in partibus illis, nuper perditæ fuissent et destructæ, per quod celebris memoriæ dominus[4] Edwardus, nuper[5] Rex Angliæ, avus noster, in transitu suo per easdem partes, advertens destructionem, defectum, et jacturam supradictos, de consilio suo assignavit Willelmum

[1] *Et qui, et cætera*] omit, Cartul.

[2] *Postmodum . . . Regis, et cætera*] supplied from Mich. Roll. The pleading on this Roll ends here; therefore it will be no longer necessary to distinguish the collations from the two Rolls.

[3] *Nortff[olciæ]* Norff', Roll.

[4] *dominus*] domini, Cartul.

[5] *nuper*] quondam, Cartul.

Haward', et quosdam alios fideles suos, ad inquisitiones super præmissis faciendas.

Iidemque[1] assignati, per[2] inquisitiones inde coram eis captas, invenissent, quod partes illæ, alio modo quam per obstructionem cujusdam aquæ vocatæ Weldam, salvari non potuerunt, et eo prætextu ordinassent obstructionem fieri supradictam, ac in itinere vestro, præfate[3] Galfride, et sociorum vestrorum nuper Justiciariorum nostrorum itinerantium in comitatu Norh[amtoniæ],[4] ad procurationem quorumdam hominum, propter commodum suum singulare, præsentatum fuerit, quod obstructio illa ad nocumentum eorumdem facta fuit.

Et Edmundum Peverel, de obstructione illa, ea occasione, in prædicto itinere, fecerint[5] implacitari.

Et in prædictis[6] placitis ibidem in tantum processum extiterit, quod idem Edmundus se inde posuit in inquisitionem, quæ quidem inquisitio jam coram vobis considerata est capienda.

Super quo præfati homines nobis supplicaverunt, ut cum obstructio illa, per considerationem dictorum Justiciariorum facta fuerit, velimus captioni dictæ inquisitionis coram nobis facere supersederi, quousque iidem[7] homines jus suum ostendere valeant, ut debebunt.

f. cc. vii.

Et nos, volentes in præmissis fieri quod est justum, mandaverimus Thesaurario et Camerariis suis, quod inquisitiones inde coram præfato Willelmo et sociis suis prædictis, ut præmittitur, captas, nec non omnes processus inde coram eis factos, qui in Thesauraria nostra sub custodia sua existunt, ut dicitur, sub sigillo Scaccarii illius mittant coram nobis, ita quod ea habeamus, a die Sanctæ Trinitatis in quindecim dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia.

Mandaverimus etiam Vicecomitibus nostris dictorum comitatuum Norff[olciæ], Suff[olciæ], et Cantebr[igiæ], quod ipsi, in locis publicis[8] in ballivis suis, ubi expedire viderint, publice faciant[9] proclamari, quod omnes illi, quos præmissa contingunt, tunc sint ibidem, ad rationes suas reddendas[10] in hac parte proponendas, si sibi viderint expedire, nec non ad justitiam[11] ibidem ulterius[12] consequendam.

---

1 *Iidemque*] Iidem, Cartul. and Roll.
2 *per*] omit, Cartul.
3 *præfate Galfride*] omit, Cartul.
4 *Norh[amtoniæ]* Norff', Roll.
5 *fecerint*] fecerunt, Cartul.
6 *prædictis placitis*] prædicto placito, Roll.
7 *iidem*] idem, Cartul.
8 *publicis*] omit, Roll.
9 *faciant*] omit, Roll.
10 *reddendas*] omit, Roll.
11 *justitiam*] instantiam, Roll.
12 *ulterius*] omit, Cartul.

Vobis mandamus, quod captioni dictæ inquisitionis coram vobis interim supersedeatis.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, decimo die Januarii, anno regni nostri quarto.

Per petitionem de consilio.

Prætextu cujus brevis, juratæ comitatuum Cantebr[igiæ] et Hunt[ingdoniæ] positæ sunt in respectum, usque a die Sanctæ Trinitatis in quindecim dies proximo sequentes, pro defectu juratorum, quia nullus eorum venit, ideo Vicecomes haberet corpora, et cætera.

Et Vicecomites Norff[olciæ] et Norh[amtoniæ] retornaverunt, quod brevia adeo tarde venerunt, et cætera.

Et Vicecomes Linc[olniæ] non misit breve, et cætera.

Ideo, sicut pluries præceptum fuit [1] Vicecomitibus Norff[olciæ], Norh[amtoniæ], et Linc[olniæ], quod quilibet eorumdem [2] Vicecomitum venire faciat, coram domino Rege, ad præfatum terminum viginti et quatuor et cætera, per quos et cætera.

Et qui nec et cætera.

Et interim dominus Rex mandavit breve suum Thesaurario et Camerariis suis, in hæc verba :—

Breve Thesaurario et Camerariis.

A.D. 1331, February 18. The King's writ to the Treasurer and Chamberlains of the Exchequer.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Thesaurario et Camerariis suis, salutem.

Cum nuper, ad prosecutionem hominum de partibus de [3] Merskland' in comitatu Norff[olciæ], necnon hominum ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cantebr[igiæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, coram nobis et consilio nostro exhibitam, nobis suggerentium, quod cum dictæ partes Merskland', necnon magna pars eorumdem comitatuum, per inundationes [4] aquarum maritimarum, necnon aquarum de mariscis, ob defectum rectorum cursuum aquarum,ac sewerarum, gutterarum, et fossatorum, in partibus illis, nuper perditæ fuissent et destructæ, per quod celebris memoriæ dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, avus noster, in transitu suo per easdem partes,

---

[1] *fuit*] est, Cartul.

[2] *eorumdem*] eorum, Cartul.

[3] *de*] omit, Roll.

[4] *inundationes*] inundationem, Cartul.

advertens destructionem, defectum, et jacturam prædictos, de consilio suo assignavit Willelmum Haward, et quosdam alios fideles suos, ad inquisitiones super[1] præmissis faciendas.

Iidemque assignati, per inquisitiones inde coram eis captas, invenissent, quod partes illæ, alio modo quam per obstructionem cujusdam aquæ vocatæ Weldham,[2] salvari non potuerunt,[3] et eo prætextu ordinassent obstructionem fieri supradictam, ac coram dilectis et fidelibus nostris, Galfrido Le Scrop', et sociis suis, Justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Norhamtoniæ, ad procurationem quorumdam hominum, propter commodum suum singulare, præsentatum fuerit, quod obstructio illa ad nocumentum eorumdem facta fuit.

Et Edmundum Peverel, de obstructione illa, ea occasione, in prædicto itinere, fecerint[4] implacitari.

Et in prædicto placito ibidem in tantum processum extiterit, quod idem Edmundus se inde posuit in inquisitionem, quæ quidem inquisitio jam coram nobis considerata est capienda.

Et nobis sit[5] supplicatum, ut cum obstructio illa, per considerationem[6] dictorum Justiciariorum facta fuerit,[7] velimus[8] captioni dictæ inquisitionis coram nobis facere supersederi, quousque iidem homines jus suum ostendere valeant, ut debebunt.

Mandaverimus præfato Galfrido, et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, quod captioni dictæ inquisitionis coram nobis usque ad Quindenam Sanctæ Trini-
f. cc. vii. b. tatis proximo futuram supersedeant, ex causa prædicta, per quod expediens est et necesse, quod nos super inquisitionibus prædictis, et processibus inde habitis, certioraremur,[9] vobis mandamus, quod inquisitiones super præmissis coram præfato Willelmo et sociis suis prædictis, ut præmittitur, captas, necnon omnes processus inde coram eis factos, qui sunt in thesauraria nostra, sub custodia vestra, ut dicitur, nobis, sub sigillo Scaccarii nostri, sine dilatione, mittatis, et hoc breve.

Teste me ipso, apud Langeleye, decimo octavo die Februarii, anno regni nostri quinto.

---

1 *super . . . inquisitiones*] supplied from Roll.

2 *Weldham*] Weldam, Roll.

3 *potuerunt*] poterunt, Cartul.

4 *fecerint*] fecerunt, Cartul.

5 *sit supplicatum*] supplicantium, Cartul. and Roll.

6 *considerationem*] consilium, Roll.

7 *fuerit*] fuit, Cartul. and Roll.

8 *velimus*] vellemus, Roll.

9 *certioraremur*] certioremur, Roll.

Cujus brevis indorsamentum tale est.

Scrutatis rotulis Willelmi Haward', qui sunt in Thesauraria, sub custodia nostra, de tempore suo, nullam invenimus inquisitionem, ordinationem, seu considerationem, de obstructione aquæ, de qua fit mentio in hoc brevi.

Misit etiam dominus Rex breve suum Justiciariis hic, in hæc verba:—

Breve de procedendo.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido Le Scrop', et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. A.D. 1331, April 30. Writ of procedendo.

Quamdam certificationem, per Thesaurarium et Camerarios nostros in cancellaria nostra, de mandato nostro, ex parte hominum de partibus Merskland' in comitatu Norff[olciæ], nec non hominum ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cantebr[igiæ], simul cum quodam brevi missam, vobis mittimus, præsentibus interclusam,[1] mandantes quod, inspectis certificatione et brevi prædictis, ulterius inde fieri faciatis, quod de jure fuerit faciendum.

Teste me ipso, apud Stratford', tricesimo die Aprilis, anno regni nostri quinto.

Misit etiam dominus Rex Vicecomiti Norff[olciæ] breve suum, in hæc verba:—

Breve Nortff' de proclamatione facienda.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Vicecomiti Nortff[olciæ], salutem. A.D. 1331 Feb. 18. Writ to the sheriff of Norfolk to make proclamation.

Cum nuper, ad prosecutionem hominum de partibus de[2] Merskland' in comitatu prædicto, necnon hominum ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cantebr[igiæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per[3] petitionem suam coram nobis et consilio nostro exhibitam, nobis suggerentium, quod cum dictæ partes Merskland', necnon magna pars eorumdem comitatuum, per inundationes aquarum

[1] *interclusam*] inclusam, Cartul.
[2] *de*] omit, Roll.
[3] *per*] ad, Cartul.

maritimarum, necnon aquarum de mariscis, ob defectum rectorum cursuum aquarum,[1] et[2] sewerarum, gutterarum,[3] et fossatorum in partibus illis, nuper perditæ fuissent et destructæ, per quod celebris memoriæ dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, avus noster, in transitu suo per easdem partes, advertens destructionem, defectum, et jacturam, supradictos,[4] de consilio suo assignavit Willelmum Haward', et quosdam alios fideles suos, ad inquisitiones super præmissis faciendas.

Iidemque assignati, per inquisitiones inde coram eis captas, invenissent, quod partes illæ, alio modo quam per obstructionem cujusdam aquæ, vocatæ Weldam, salvari non potuerunt, et eo prætextu ordinassent obstructionem fieri supradictam, ac coram dilectis et fidelibus nostris Galfrido Le Scrop', et sociis suis, Justiciariis ultimo itinerantibus in[5] comitatu North[amptoniæ], ad procurationem quorumdam hominum, propter commodum suum singulare, præsentatum fuerit, quod obstructio illa ad nocumentum eorumdem facta fuit.

Et Edmundum Peverel, de obstructione illa, ea occasione, in prædicto itinere fecerint implacitari.[6]

Ac in prædictis[7] placitis ibidem in tantum processum extiterit, quod idem Edmundus se inde posuit in inquisitionem. Quæ quidem inquisitio jam coram nobis considerata est capienda.

Et nobis sit supplicatum,[8] ut cum obstructio illa, per considerationem dictorum Justiciariorum facta fuerit,[9] velimus captioni dictæ inquisitionis coram nobis facere supersederi, quousque iidem[10] homines jus suum ostendere valeant, ut debebunt.

Mandaverimus præfato Galfrido, et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, quod captioni dictæ inquisitionis usque ad Quindenam Sanctæ Trinitatis supersedeant.

Tibi præcipimus, quod in locis in balliva tua,[11] ubi expedire videris, publice proclamari facias, quod omnes illi quos præ-

---

[1] *aquarum*] aquarum maritimarum, Cartul.

[2] *et*] supplied from Roll.

[3] *gutterarum*] In the Cartul. a dot of subpunction is placed under the *e* in this word, and the letter *u* is written above.

[4] *supradictos*] prædictos, Roll.

[5] *in comitatu*] supplied from Roll.

[6] *implacitari*] inplacitari, Cartul.

[7] *prædictis placitis*] prædicto placito, Cartul.

[8] *supplicatum*] suplicatum, Cartul.

[9] *fuerit*], fuit, Cartul.

[10] *iidem*] idem, Cartul.

[11] *tua*] supplied from Roll.

missa contingunt, tunc sint coram nobis, ubicumque fuerimus in Anglia, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderint expedire, necnon ad justitiam ibidem ulterius consequendam. f. cc. viii.

Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, nobis scire facias, a die Paschæ in unum mensem, ubicumque tunc fuerimus in Anglia.

Et habeas ibi hoc breve.

Teste Galfrido[1] Le Scrop', apud Langeleye, decimo octavo die Februarii, anno regni nostri quinto.

Ad quem diem Vicecomes Norff[olciæ], scilicet Thomas de Hyndryngham,[2] returnavit, quod fecit returnum istius brevis Johanni Bosse de Keninghale,[3] Ballivo libertatis Episcopi Elyensis,[4] qui habet returna[5] brevium et executionem eorum.

Et idem Ballivus sibi respondit, quod virtute istius brevis, proclamari[6] fecit in singulis locis in balliva sua, ubi vidit expedire, et neminem invenit contradicentem, nec reclamantem dictam obstructionem, quin commode posset cursum compleri, sicut hactenus fieri consueverat.[7]

Et quod præmunivit magnates partium illarum, quod fuissent coram Rege ad diem in brevi contentum, ad rationes suas, si quas habuissent, ibidem proponendas, si sibi[8] viderint expedire.

Fecit etiam idem Vicecomes returnum istius brevis Willelmo de Wethacre,[9] Senescallo libertatis villæ de Lenne Episcopi, qui habet returna brevium et executionem eorum.

Et idem Senescallus sibi[10] respondit, quod fecit proclamationem istius brevis in pleno mercato ejusdem villæ, die Martis in septimana Paschæ anno infrascripto, quod omnes illi, quos obstructio[11] infra scripta contingit, sint coram domino Rege, ad diem in brevi contentum, rationes suas ibidem tunc proponendas, si sibi viderint expedire, et ad[12] justitiam

---

1 *Galfrido Le Scrop'*] me ipso, Roll.

2 *Hyndryngham*] Huntingdon', Cartul.

3 *Keninghale*] Kenynghale, Roll.

4 *Elyensis*] Eliensis, Roll.

5 *returna*] returnum, Cartul.

6 *proclamari*] proclamare, Roll.

7 *consueverat*] consueverit, Cartul.

8 *sibi*] ibi, Cartul.

9 *Wethacre*] Whetacre, Roll.

10 *sibi*] mihi, Roll.

11 *obstructio . . . contingit*] præmissa contingunt, Cartul.

12 *ad*] supplied from Roll.

ulterius[1] ibidem consequendam, prout breve requirit, et quod facta fuit dicta proclamatio in præsentia Roberti de Causton',[2] Roberti Broght,[3] Galfridi de Monnaby,[4] Thomæ Ulsi, et aliorum plurium de Merskland'.

Et idem Vicecomes Regi significavit, quod alibi in balliva sua, extra libertates prædictas, publice proclamari fecit, quod omnes illi, quos præmissa contingunt, essent coram domino Rege, ad diem in prædicto brevi contentum, prout illud breve requirit.

Misit etiam dominus Rex Vicecomiti Suff[olciæ] breve suum in hæc verba:—

Breve Suff[olciæ] de eadem.

A.D. 1331, February 18. Writ to the Sheriff of Suffolk to make proclamation.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Vicecomiti Suff[olciæ], salutem.

Cum nuper, ad prosecutionem hominum de partibus de[5] Merskland' in comitatu Nortff[olciæ],[6] nec non hominum ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cant[ebrigiæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, coram nobis et consilio nostro exhibitam, nobis suggerentium, quod cum dictæ partes Merskland', nec non magna pars eorumdem comitatuum,[7] per inundationes aquarum maritimarum, necnon aquarum de mariscis, ob defectum rectorum cursuum aquarum, et sewerarum, gutterarum, et fossatorum, in partibus illis, nuper perditæ fuissent et destructæ, per quod celebris memoriæ dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, avus noster, in transitu suo per easdem partes, advertens destructionem, defectum, et jacturam prædictos,[8] de consilio suo[9] assignavit Willelmum Haward', et quosdam alios fideles suos,[10] ad inquisitiones super præmissis faciendas.

Iidemque assignati, per inquisitiones inde coram eis captas, invenissent quod partes illæ, alio modo quam per obstruc-

---

[1] *ulterius ibidem*] ibidem ulterius, Roll.

[2] *Causton'*] Causton' in præsentia, Cartul.

[3] *Broght*] Drogh't', Roll.

[4] *Monnaby*] Mundbi, Roll.

[5] *de*] omit, Roll.

[6] *Nortff[olciæ]* Norff', Roll.

[7] *comitatuum*] supplied from Roll.

[8] *prædictos*] prædicto, Cartul.

[9] *suo*] supplied from Roll.

[10] *suos*] supplied from Roll.

tionem cujusdam aquæ, vocatæ Weldham,[1] salvari non potuerunt,[2] et eo prætextu ordinassent obstructionem fieri supradictam, ac coram dilectis et fidelibus nostris Galfrido Le Scrop', et sociis suis, Justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Norh[amtoniæ], ad procurationem quorumdam hominum, propter[3] commodum suum singulare, præsentatum[4] fuerit, f. cc. viii. b.
quod obstructio[5] illa ad nocumentum eorumdem facta fuit.

Et Edmundum[6] Peverel, de obstructione illa, ea occasione, in prædicto itinere fecerint[7] implacitari.

Ac in prædicto placito ibidem in tantum processum extiterit, quod idem Edmundus se inde posuit in inquisitionem. Quæ quidem inquisitio jam coram nobis considerata est capienda.

Et nobis sit[8] supplicatum, ut cum obstructio illa, per considerationem dictorum Justiciariorum, facta fuerit,[9] velimus captioni dictæ inquisitionis coram nobis facere supersederi, quousque iidem homines jus suum ostendere valeant, ut debebunt.

Mandaverimus præfato Galfrido, et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, quod captioni dictæ inquisitionis usque ad Quindenam Sanctæ Trinitatis supersedeant.

Tibi præcipimus, quod in locis in balliva tua, ubi expedire videris, publice proclamari facias, quod omnes illi, quos præmissa contingunt, tunc sint coram nobis, ubicumque tunc[10] fuerimus in Anglia, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderint[11] expedire, necnon ad justitiam ibidem ulterius consequendam.

Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, nobis scire facias, a die Paschæ in unum mensem, ubicumque tunc fuerimus in Anglia.

Et habeas ibi hoc breve.

Teste me ipso, apud Langeleie,[12] decimo octavo die Februarii, anno regni nostri quinto.

Ad quem diem Vicecomes Suff[olciæ], scilicet Thomas de Hindringham[13] retornavit, quod fecit returnum istius brevis

---

[1] *Weldham*] Weldam, Roll.

[2] *potuerunt*] poterunt, Cartul.

[3] *propter*] et, Cartul.

[4] *præsentatum fuit*] supplied from Roll.

[5] *obstructio*] obstruxio, Roll.

[6] *Edmundum*] Edmundus, Cartul.

[7] *fecerint*] fecerunt, Cartul.

[8] *sit*] supplied from Roll.

[9] *fuerit*] fuit, Cartul.

[10] *tunc*] omit, Roll.

[11] *viderint*] vederint, Roll.

[12] *Langeleie*] Langeleye, Roll.

[13] *Hindringham*] Hyndringham, Roll.

Radulpho de Bocking',[1] Senescallo libertatis Sancti Edmundi, qui habet returna brevium, et executionem eorum.

Et idem Senescallus sibi respondit, quod fecit proclamationem istius brevis, secundum tenorem ejusdem brevis.

Et idem Vicecomes Regi significavit, quod alibi in balliva sua, extra libertatem prædictam, publice proclamari fecit in locis, ubi expedire vidit, prout istud breve requirit.

Misit etiam dominus Rex Vicecomiti Cant[ebrigiæ] breve suum, in hæc verba:—

A.D. 1331, Feb. 18. Writ to the Sheriff of Norfolk to make proclamation.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, Vicecomiti Cant[ebrigiæ], salutem.

Cum nuper, ad prosecutionem hominum de partibus Mersk-land' in comitatu Norff[olciæ], necnon hominum ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cantebr[igiæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, coram nobis et consilio nostro exhibitam, nobis suggerentium, quod cum dictæ partes Mersklaud', necnon magna pars eorumdem comitatuum, per inundationes aquarum maritimarum, necnon aquarum de mariscis, ob defectum rectorum cursuum aquarum, et sewerarum, gutterarum, et fossatorum in partibus illis, nuper perditæ fuissent et destructæ, per quod celebris memoriæ dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, avus noster, in transitu suo per easdem partes, advertens destructionem, defectum, et jacturam prædictos, de consilio suo, assignavit Willelmum Haward', et quosdam alios fideles suos, ad inquisitiones super præmissis faciendas.

Iidemque assignati, per inquisitiones inde coram eis captas, invenissent, quod partes illæ, alio modo quam per obstructionem cujusdam aquæ, vocatæ Weldam, salvari non potuerunt,[2] et eo prætextu ordinassent obstructionem fieri supradictam, ac coram dilectis et fidelibus nostris, Galfrido Le Scrop', et sociis suis, justiciariis nostris[3] ultimo itinerantibus in comitatu Norh[amtoniæ], ad procurationem quorumdam hominum propter commodum suum singulare, præsentatum fuerit, quod obstructio illa ad nocumentum eorumdem facta fuit.

Et Edmundum[4] Peverel de obstructione illa, ea occasione, in prædicto itinere, fecerint[5] implacitari.

---

[1] *Bocking'*] Bockyngg', Roll.
[2] *potuerunt*] poterunt, Cartul.
[3] *nostris*] supplied from Roll.
[4] *Edmundum*] Edmundus Cartul.
[5] *fecerint*] fecerunt, Cartul.

Ac in prædicto placito ibidem in tantum processum extiterit, quod idem Edmundus se inde posuit in inquisitionem. Quæ quidem inquisitio jam coram nobis consideratum est capienda. f. ccix.

Et nobis sit[1] supplicatum, ut cum obstructio illa, per considerationem dictorum justiciariorum, facta fuerit,[2] velimus captioni dictæ inquisitionis coram nobis facere supersederi, quousque iidem homines jus suum ostendere valeant, ut debebunt.

Mandaverimus præfatis Galfrido, et sociis suis, justiciariis nostris,[3] ad placita coram nobis tenenda assignatis, quod captioni dictæ inquisitionis usque ad Quindenam Sanctæ Trinitatis supersedeant.

Tibi præcipimus, quod in locis in balliva tua, ubi expedire videris, publice proclamari facias, quod omnes illi, quos præmissa contingunt, tunc sint coram nobis, ubicunque fuerimus in Anglia, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderint expedire, necnon ad justitiam ibidem ulterius[4] consequendam.

Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, nobis scire facias, a die Paschæ in unum mensem, ubicunque tunc fuerimus in Anglia.

Et habeas ibi hoc breve.

Teste me ipso, apud Langeleye, decimo octavo die Februarii, anno regni nostri quinto.

Ad quem diem Vicecomes Cantebrigiæ, scilicet Willelmus le Moigne, retornavit,[5] quod juxta tenorem istius[6] brevis in balliva sua in locis, ubi vidit expedire, publice proclamari fecit, quod omnes illi, quos obstructio cujusdam aquæ, vocatæ Weldam, contingit,[7] sint coram domino Rege, a die Sanctæ Trinitatis in quindecim dies, ubicunque tunc fuerit Rex[8] in Anglia, ad jus suum ostendendum, et rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderint expedire, et ad omnia alia facienda, quæ[9] breve illud requirit.

Et pro eo, quod ante prædictam Quindenam Sanctæ Trinitatis datum fuit intelligi domino[10] Regi, quod prædictus Edmundus

---

[1] *sit supplicatum*] supplicantium, Roll.
[2] *fuerit*] fuit, Cartul.
[3] *nostris*] omit, Roll.
[4] *ulterius*] supplied from Roll.
[5] *retornavit*] returnavit, Roll.
[6] *istius*] illius, Roll.
[7] *contingit*] contigit, Cartul.
[8] *Rex*] omit, Roll.
[9] *quæ*] quæ ad, Cartul.
[10] *domino Regi*] supplied from Roll.

obiit,[1] et quod Elizabeth,[2] uxor prædicti Edmundi conjunctim tenet prædictum manerium cum prædicto Edmundo, quondam viro suo.

Idem dominus Rex misit breve suum Vicecomiti Cantebrigiæ in hæc verba :---

Breve post obitum Edmundi Peverel de præmuniendo Elizabetham uxorem ejus.

A.D. 1331, May 12. Writ to the Sheriff of Cambridge, to forewarn Elizabeth, widow of Edmund Peverel, to attend.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ, Vicecomiti Cantebrigiæ, salutem.

Cum nuper, ut accepimus, coram dilectis et fidelibus nostris, Galfrido Le Scrop', et sociis suis, nuper[3] Justiciariis nostris itinerantibus in comitatu Norh[amtoniæ], præsentatum esset, quod cursus cujusdam aquæ, descendentis de Burgo Sancti Petri, in dicto comitatu Norh[amtoniæ], usque ad[4] portum de Lenne Episcopi, in comitatu Norff[olciæ], viginti et octo annis elapsis, obstruebatur apud Utwelle in eodem comitatu, per quemdam Walterum de Langeton', nuper Coventrensem et Lychfeldensem[5] Episcopum, ratione manerii sui de Coldham, per quod prata, pascuæ, pasturæ, et marisci erant superundata, ad nocumentum hominum[6] dicti comitatus Norh[amtoniæ], et aliorum comitatuum contiguo adjacentium, videlicet, Norff[olciæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], Norh[amtoniæ], ac comitatus tui, necnon omnium hominum ibidem transire volentium, cum bonis et mercandisis suis, versus portum prædictum, et ab[7] inde redeuntium versus partes superiores, cum victualibus et aliis necessariis suis, ita quod per obstructionem illam non fuit ibi transitus cum navibus seu naviculis, sicut antiquitus esse solebat.

Et quod Edmundus Peverel,[8] consanguineus et heres prædicti Walteri, jam defunctus, obstructionem illam continuavit

---

[1] By an inquisition taken at Wisbeach on Saturday next after the Feast of St. Mark the Evangelist, 5 Edward III. (April 27, 1331), it was found that Edmund Peverel died on the 10th April then last; and that he held on that day, jointly with Elizabeth his wife, the manor of Coldham, with others (Inquis. post mortem, 5 Edward III., 1st numbers, No. 46.

[2] *Elizabeth*] Elizabet, Cartul.

[3] *nuper*] supplied from Roll.

[4] *ad*] supplied from Roll.

[5] *Lychfeldensem*] Lich', Roll.

[6] *hominum*] supplied from Roll.

[7] *ab inde*] aliunde, Cartul.

[8] *Peverel*] Peverell', Roll.

manutenuit, et sustentavit, [et] in tantum processum extitisset, quod idem Edmundus se inde posuit in juratas[1] patriæ in itinere prædicto, quæ quidem juratæ per homines dictorum comitatuum Norff[olciæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ] ac comitatus tui, jam coram nobis consideratæ sunt capiendæ per defaltam ipsius Edmundi.

Nosque postmodum, ad prosecutionem hominum partium de Merskland' in dicto comitatu Nortff[olciæ], necnon hominum f. cc. ix. b. ejusdem comitatus, ac comitatus Sutff[olciæ], et comitatus tui, terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, in ultimo parliamento nostro exhibitam, suggerentium, quod per inquisitiones nuper factas coram Willelmo Haward[2] et[3] sociis suis, ad hoc assignatis, compertum fuerit, quod prædictæ partes de Merskland', alio modo quam per obstructionem prædictam salvari non potuerunt,[4] et quod, eo prætextu, ordinaverunt obstructionem fieri supradictam, mandassemus Thesaurario, et Camerariis nostris de Scaccario nostro, quod tenores inquisitionum inde coram præfatis Willelmo et sociis suis prædictis factarum, necnon processuum inde coram ipsis habitorum, qui in thesauraria nostra extiterunt, ut dicebatur, coram nobis,[5] ad certum diem jam præteritum, mitterent sub sigillo Scaccarii nostri, et similiter præcepissemus tam tibi, quam Vicecomitibus dictorum comitatuum Nortff[olciæ][6] et Suff[olciæ], quod tu et ipsi, in locis publicis in ballivis vestris, ubi expedire videritis, publice faceretis proclamari, quod omnes illi, quos præmissa contingerent, essent coram præfato Galfrido, et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, in Quindena Sanctæ Trinitatis proximo futura, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderint[7] expedire, necnon ad justitiam ulterius[8] consequendam.

Et præfato Galfrido et sociis suis prædictis mandassemus, quod interim captioni juratarum prædictarum supersederent, quæ quidem certificatio et proclamationes coram nobis, ad mensem Paschæ proximæ[9] proximo præterito fuerunt retornatæ.

Jamque intellexerimus, quod præfatus Edmundus et Elizabetha uxor ejus, die obitus ipsius Edmundi, conjunctim

---

[1] *juratas*] juratos, Cartul.
[2] *Haward*] Howard, Cartul.
[3] *et*] factas et, Cartul.
[4] *potuerunt*] poterunt, Cartul.
[5] *nobis*] repeated in Cartul.
[6] *Nortff*[*olciæ*] Norff', Roll.
[7] *viderint*] viderent, Roll.
[8] *ulterius*] *faciendam* occurs in the Cartul. after *ulterius*, but has been struck through.
[9] *proximæ*] omit, Roll.

tenuerunt manerium supradictum, sicque dicta Elizabetha illud jam tenet.

Per quod nos, attendentes, quod tam nobis, quam populo regni nostri, per obstructionem illam, damna quamplurima evenerunt, quodque majora processu temporis de[1] facili poterunt evenire, nisi remedium inde citius adhibeatur oportunum.

Et volentes, ea occasione, captiones[2] juratarum prædictarum maturare, mandavimus præfato Galfrido, et sociis suis prædictis, quod ad juratas illas, ad prædictam Quindenam capiendas, absque ulterioris dilationis diffugio procedant, prout pro utilitate nostra, et populi regni nostri, fore viderint faciendum.

Tibi præcipimus, quod præmunire facias prædictam Elizabetham, quod captioni juratarum prædictarum ad prædictam Quindenam intersit, ad proponendum pro jure suo in hac parte, si sibi viderit expedire.

Et habeas ibi hoc breve.

Teste me ipso, apud Haveringe atte Boure, duodecimo die Maii, anno regni nostri quinto.

Ad quem diem Vicecomes Cantebr[igiæ], scilicet Willelmus le Moigne returnavit, quod fecit returnum istius[3] brevis Herberto Ponger, Ballivo libertatis Episcopi Elyensis.[4] Qui sic sibi respondit, quod[5] præmuniri[6] fecit Elizabetham, quæ fuit uxor Edmundi Peverel, per Reginaldum Inglot et Willelmum Beaumis,[7] quod esset ad diem in prædicto brevi contentum, ad faciendum quod illud breve requirit.

Ad quam Quindenam Sanctæ Trinitatis venit prædictus Adam de Fincham,[8] qui sequitur pro domino Rege.

Et similiter juratores comitatuum Norff[olciæ], Cantebr[igiæ], Hunt[ingdoniæ], Linc[olniæ], et Norh[amtoniæ].

Et prædicta Elizabetha, quarto die placiti, solempniter vocata ad rationes suas proponendas pro jure suo in hac parte, si sibi, et cætera.

Et similiter, vocatis hominibus partium Merskland', necnon hominibus ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et

---

1 *de facili*] supplied from Roll.
2 *captiones*] captionis, Cartul.
3 *istius*] illius, Roll.
4 *Elyensis*] Eliensis, Roll.
5 *quod*] supplied from Roll.
6 *præmuniri*] præmunire, Cartul.
7 *Beaumis*] Benneys, Roll.
8 *Fincham*] Fyncham, Roll.

Cantebr[igiæ], terras et tenementa eisdem partibus Merskland' contigua habentibus.

Et nullus eorum ullo modo comparuit, et cætera.

Et super hoc dominus Rex misit breve suum Justiciariis suis hic in hæc verba :—

Breve Justiciariis de procedendo.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ et Dux Aquitaniæ dilectis et fidelibus nostris,[1] Galfrido Le Scrop' et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. A.D. 1331, May 12. f. ccx.

Cum nuper, ut accepimus, coram vobis, præfate Galfride, et sociis vestris, nuper Justiciariis nostris itinerantibus[2] in comitatu Norh[amtoniæ], præsentatum esset, quod cursus cujusdam[3] aquæ, descendentis de Burgo Sancti Petri in dicto comitatu, usque ad portum de Lenne Episcopi in comitatu Nortff[olciæ],[4] viginti et octo annis elapsis, obstruebatur apud Utwelle in comitatu[5] Norff[olciæ], per quemdam Walterum de Langeton', nuper Coventr[ensem] et Lych[feldensem][6] Episcopum, ratione manerii sui de Coldham, per quod prata, pascuæ, pasturæ, et marisci erant superundata, ad nocumentum hominum de comitatu Norh[amtoniæ], et aliorum comitatuum contiguo adjacentium, videlicet, Norff[olciæ], Cant[ebrigiæ], Hunt[ingdoniæ], et Linc[olniæ], necnon omnium hominum ibidem transire volentium, cum bonis et mercandisis suis, versus portum prædictum,[7] et ab inde redeuntium versus partes superiores, cum victualibus et aliis necessariis suis, ita quod per obstructionem illam non fuit ibi transitus cum navibus seu naviculis, sicut antiquitus esse solebat.

Et quod Edmundus Peverel, consanguineus et heres prædicti Walteri, jam defunctus, obstructionem illam continuavit, manutenuit,[8] et sustentavit, et in tantum processum extitisset, quod idem Edmundus se inde posuit in juratam patriæ in itinere prædicto. Quæ quidem jurata per homines dictorum

---

[1] *nostris*] suis, Roll.

[2] *itinerantibus*] supplied from Roll.

[3] *cujusdam*] supplied from Roll.

[4] *Nortff*[*olciæ*]] Norff', Roll.

[5] *comitatu Norff*[*olciæ*]] eodem comitatu, Roll.

[6] *Lych*[*feldensem*]] Lich', Roll

[7] *prædictum*] *de* follows in the Cartulary, but is marked with dots of subpunction.

[8] *manutenuit*] supplied from Roll.

comitatuum Norff[olciæ], Cantebr[igiæ], Hunt[ingdoniæ], Linc[olniæ] et Norh[amtoniæ], jam coram nobis consideratæ sunt capiendæ per defaltam ipsius Edmundi.

Nosque postmodum, ad prosecutionem hominum partium de Merskland' in dicto comitatu Norff[olciæ], necnon hominum ejusdem comitatus, ac comitatuum Suff[olciæ] et Cantebr[igiæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, coram nobis in ultimo parliamento nostro exhibitam, suggerentium, quod per inquisitiones nuper factas coram Willelmo Haward et sociis suis ad hoc assignatis compertum fuerit, quod prædictæ partes de Merskland', alio modo quam per obstructionem prædictam salvari non potuerunt,[1] et quod, eo prætextu, ordinaverunt obstructionem fieri supradictam, mandassemus Thesaurario et Camerariis nostris de Scaccario nostro, quod tenores inquisitionum inde[2] coram præfatis Willelmo et sociis suis prædictis factarum, necnon processuum inde coram ipsis habitorum, qui in thesauraria nostra extiterunt, ut dicebatur, coram nobis, ad certum diem jam præteritum, mitterent sub sigillo Scaccarii nostri, et similiter præcepissemus Vicecomitibus dictorum comitatuum Norff[olciæ], Suff[olciæ], et Cantebr[igiæ], quod ipsi, in locis publicis in ballivis suis, ubi expedire viderint,[3] publice facerent proclamari,[4] quod omnes illi, quos præmissa contingerent, essent coram nobis, in Quindena Sanctæ Trinitatis proxima futura, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderent expedire, necnon ad justitiam ulterius[5] consequendam in hac parte.

Et vobis mandassemus, quod interim captioni juratarum prædictarum supersederetis. Quæ quidem certificatio et proclamationes coram nobis, ad mensem Paschæ proximo præteritum fuerunt retornatæ.[6]

Et jam intellexerimus, quod præfatus Edmundus et Elizabetha uxor ejus, die obitus ipsius Edmundi, conjunctim tenuerunt manerium supradictum, sicque dicta Elizabetha illud jam tenet.

Nos attendentes, quod tam nobis, quam populo regni nostri, per obstructionem illam, damna quamplurima evenerunt, quodque longe majora processu temporis de facili poterunt evenire, nisi remedium citius inde adhibeatur opportunum, et volentes,

---

1 *potuerunt*] poterunt, Cartul.
2 *inde*] supplied from Roll.
3 *viderint*] viderent, Roll.
4 *proclamari*] exclamari, Roll.
5 *ulterius*] ultius, Cartul.
6 *retornatæ*] returnatæ, Roll.

ea occasione, captiones[1] juratarum prædictarum maturare, vobis mandamus, quod, ad juratas illas ad prædictam Quindenam capiendas,[2] absque ulterioris dilationis diffugio procedatis, prout pro utilitate nostra, et populi regni nostri fore, videritis faciendum.

Mandavimus enim Vicecomiti nostro dicti comitatus Cantebr[igiæ], in quo dictum manerium de Coldham existit, quod præmunire faciat prædictam Elizabetham, quod captioni juratarum prædictarum ad prædictam quindenam intersit, ad proponendum pro jure suo in hac parte, si sibi viderit expedire.

Teste me ipso, apud Haveringe atte Boure, duodecimo die Maii, anno regni nostri quinto.

Quibus inspectis, processum est ad prædictas inquisitiones capiendas, tam pro jure ipsius domini Regis, quam populi sui prædicti, prout in prædicto brevi continetur.

Veredictum Northff[olciæ].

Et juratores comitatus Norff[olciæ], scilicet Petrus de Welle, Galfridus de Warenne, Thomas de Feltham, Johannes Lovel de Barton', Galfridus filius Willelmi de Massingham, Benedictus Russel, Thomas Wymer, Thomas[3] le Northerne, Martinus de Thorp', Robertus Reppes, Robertus de Stormesworth', et Johannes de Cokesford',[4] ad hoc electi et triati, dicunt super sacramentum suum, quod Walterus de Langeton', quondam Coventr[ensis]et Lych[feldensis][5] Episcopus, ratione desiccandi manerium suum de Coldham[6] prædictum, circa triginta annos elapsos, obstruere fecit cursum aquæ prædictæ apud Outwelle, per quod homines ibidem transire volentes, cum navibus et naviculis, cum bonis et mercandisis[7] suis, de Holm', Jakesle,[8] et de aliis partibus superioribus, usque ad prædictum portum de Lenne Episcopi in comitatu Norff[olciæ][9] necnon homines redire volentes directe a prædicto portu versus Holm', Jakesle,[8] Burgum Sancti Petri et alibi, versus partes superiores, ibidem transire nequeunt, cum navibus et naviculis suis, sicut

f. cc. x. b. Verdict of the county of Norfolk.

[1] *captiones*] captionis, Cartul.

[2] *capiendas . . . Quindenam*] supplied from Roll.

[3] *Thomas le*] T., Cartul.

[4] *Cokesford'*] Dokeford', Cartul.

[5] *Lych[feldensis]*] Lich', Roll.

[6] *Coldham*] Coldam, Cartul.

[7] *mercandisis*] mercimoniis, Roll.

[8] *Jakesle*] Jakele, Roll.

[9] *Norff[olciæ]*] supplied from Roll.

antiquitus ibidem, ante obstructionem prædictam, transire solebant, sed oportet quod transeant circumeundo per viam longiorem, videlicet per Oldwelnee[1] et Littelport,[2] quæ sunt quinquaginta leucæ et amplius in eundo et redeundo, per quod blada, maremium, lanæ, leschia, arundo, turbæ, petræ, et alia mercimonia, sunt cariora, pisces, allec, et alia victualia, ratione ambitus prædicti, sunt cariora et debiliora.

Ad damnum et nocumentum hominum comitatus Norff[olciæ] quolibet anno ducentarum librarum.

Quæsiti etiam juratores in solo cujus prædicta[3] obstructio facta fuit, dicunt quod obstructio prædicta facta est in solo domini Regis.

Et dicunt,[4] quod communis transitus, et via regia, cum navibus et naviculis, solebat esse ibidem ante obstructionem prædictam, et aqua communis omnibus vicinis contiguis ibidem piscare volentibus.

Et dicunt quod[5] vicini, ex utraque parte manentes, sunt tenentes Abbatis de Rameseye, vel Comitis Warenne, seu Johannis de[6] Bardolf, et aliorum dominorum.

Requisiti etiam juratores, si prædictus Edmundus, seu Elizabetha, tempore suo, aliquod manúopus ibidem inposuerunt ad prædictam obstructionem manutenendam seu sustentandam, dicunt, quod postquam prædictus Walterus, Episcopus et cætera, obstructionem illam primo fecit ibidem, nulla hactenus indigebat emendatione, manutentione, seu sustentatione.

Et quod prædicti Robertus Peverel, Edmundus, seu Elizabetha, toto tempore suo de aliqua sustentatione ibidem, seu manutentione,[7] nullatenus se intromiserunt, nec aliquod manuopus imposuerunt.

Veredictum juratorum comitatus Lincolniæ.

Verdict of the county of Lincoln.

Et juratores de comitatu Lincoln[iæ], scilicet Simon de Dalby, miles, Johannes de Stirchesle, miles, Reginaldus de Donyngton', miles, Ricardus de Welleby de Multon', Alanus de Multon', Thomas de Bernewell' de Weston', Willelmus

---

1 *Oldwelnee*] Oldwellenee, Roll.
2 *Littelport*] Luttelport, Roll.
3 *prædicta*] supplied from Roll.
4 *dicunt*] supplied from Roll.
5 *quod*] supplied from Roll.
6 *de Bardolf*] Bardok, Cartul.
7 *manutentione*] sustentione, Cartul.

filius Ricardi de Spaldyng',[1] Lambertus de Hiptoft de Algerkirk',[2] Philippus de Cunesby de [3] Saperton', Willelmus [4] Hode de Flete, Willelmus de Godenay de eadem, et Johannes de Ry de Wrangle, ad hoc electi et triati, dicunt super sacramentum suum, quod unum fossatum quod vocatur Suthdik', incipit apud Cruland',[5] et extendit se [6] usque Tyd' in eodem comitatu. In quo aquæ dulces descendentes de partibus mariscorum, et de partibus superioribus, solebant evacuari usque in mare,[7] per exaltationem crepidinis ejusdem fossati de duobus pedibus tantum.

Et jam, per superonerationem prædictarum aquarum dulcium descendentium de prædictis mariscis a partibus superioribus, prædictum fossatum, licet exaltatum sit de quindecim pedibus ex utraque parte, vix sufficit ad aquas prædictas evacuandas, et hoc occasione obstructionis [8] prædictæ. Et ante obstructionem f. cc. xi. prædictam, quotiens opus fuerit ad prædictum fossatum mundari et exaltari, contingeret [quod] quælibet acra terræ partium illarum sufficeret agestari ad unum obolum. Et modo, per [9] superonerationem aquarum prædictarum, quælibet acra agistatur ad [10] quatuor denarios.

Et quod,[11] occasione obstructionis [12] prædictæ, quadraginta mille [13] acræ moræ et marisci in Holandefen [14] sunt submersæ et superundatæ.

Dicunt etiam, quod abbatia de Cruland' [5] fundatum fuit a progenitoribus Regum Angliæ. Ad quam abbatiam duo mille acræ terræ, prati, moræ, et marisci, sunt pertinentes. Similiter ea occasione ita sunt submersæ et superundatæ, quod possessiones Abbatis et conventus abbatiæ illius non sufficiunt ad sustentationem eorumdem, nisi numerus monachorum ejusdem abbatiæ diminuatur.

Et quod dominus Rex, tempore vacationis ejusdem abbatiæ, perdit [15] proficuum, quod ei inde pertinet in hac parte.

---

1 *Spaldyng'*] Spalding', Roll.

2 *Algerkirk'*] Algerkyrk', Roll.

3 *de Saperton'*] supplied from Roll.

4 *Willelmus . . . Wrangle*] supplied from Roll.

5 *Cruland'*] Crouland', Roll.

6 *se*] supplied from Roll.

7 *mare*] mari, Roll.

8 *obstructionis*] obstruxionis, Roll.

9 *per superonerationem*] super onerationem, Cartul.

10 *ad*] supplied from Roll.

11 *quod*] supplied from Roll.

12 *obstructionis prædictæ*] ejusdem obstructionis, Roll.

13 *mille*] supplied from Roll.

14 *Holandefen*] Holandfen, Roll.

15 *perdit*] perdet, Cartul.

Dicunt insuper, quod causa obstructionis prædictæ, terræ, prata, moræ, marisci, et tota pastura de Depingefen,[1] Brunfen, et[2] Spaldyngfen, quæ continent septuaginta mille acras, et similiter moræ et[3] marisci usque ad moras de Kesteven, submersæ sunt et superundatæ.

Ita quod domini et communarii[4] omnium villarum circumquaque adjacentium, proficua eis pertinentia, per obstructionem prædictam amittunt.

Dicunt etiam,[5] quod, ubi communis transitus navium et navicularum solebat esse de Crouland' usque ad[6] portum prædictum de Lenne, cum bladis, et aliis[7] mercimoniis, et aliis suis, ad[8] prædictam villam de Outwelle, ubi[9] prædicta obstructio existit, et modo oportet circuire per Oldewelnee[10] et Lutleport per quinquaginta leucas longius quam antiquitus solebant[11] transire.

ille[12] marcæ. Ad damnum domini Regis et hominum partium illarum mille marcarum per annum.

Veredictum juratorum comitatus Canteb[rigiæ].

Verdict of the county of Cambridge.

Et juratores comitatus Cantebr[igiæ], scilicet Simon Burdeleys, Johannes de Elleswrth',[13] Willelmus Attehil, Nicholaus Cundy,[14] Willelmus de Beston', Ricardus[15] de Berkwai,[16] Johannes Asser, Johannes Humfrey,[17] Johannes de Grantecestre, Thomas Bayse, Henricus le Kyng', et Adam Pigas,[18] ad hoc electi et triati, dicunt super sacramentum suum, quod aqua de Ouse, descendens de villa de[19] Huntingdon', quæ est divisa inter comitatus Hunt[ingdoniæ][20] et Cant[ebrigiæ], et aqua de Nene, [descendens] de Burgo Sancti Petri et aliis partibus superioribus, concurrunt ad invicem apud Benewik'[21] in comi-

---

1 *Depingefen*] Depingfen, Roll.
2 *et*] supplied from Roll.
3 *et*] omit, Roll.
4 *communarii*] comunarii, Cartul.
5 *etiam*] supplied from Roll.
6 *ad*] omit, Roll.
7 *aliis*] supplied from Roll.
8 *ad*] per, Roll.
9 *ubi*] et ibi, Cartul.
10 *Oldewelnee*] Oldewellenee, Roll.
11 *solebant transire*] transire solebant, Roll.
12 *mille marcæ*] supplied from Roll.
13 *Elleswrth'*] Ellesworth', Roll.
14 *Cundy*] Cundi, Roll.
15 *Ricardus*] supplied from Roll.
16 *Berkwai*] Berkwey, Roll.
17 *Humfrey*] Umfrey, Roll.
18 *Pigas*] Pygas, Roll.
19 *de*] omit, Roll.
20 *Hunt[ingdoniæ] et Cant[ebrigiæ]*] Cantebr[igiæ] et Hunt[ingdoniæ], Roll.
21 *Benewik'*] Benewyk', Roll.

tatu Cantebr[igiæ], et quæ descendere solebant directe usque ad portum prædictum, per villam[1] de Outwelle usque jam triginta et[2] uno annis elapsis, quod prædictus Walterus, Episcopus et[3] cætera, obstructionem ibidem fecit supradictam, ut prædictum est.

Prætextu cujus obstructionis prata, pasturæ, marisci, turbariæ, de Thorneiefen,[4] et similiter prata, pasturæ, marisci, turbariæ, et magna pars terrarum arabilium omnium villarum inter villam de Fendraiton' et prædictam villam de Benewik',[5] usque juxta Outwelle in comitatu Cant[ebrigiæ], et quæ sunt ibidem contigua, videlicet longitudinis triginta leucarum, et amplius, et latitudinis, aliquo loco decem[6] leucarum, aliquo loco plus, aliquo loco minus, sunt communiter, quolibet anno,[7] submersa et superundata.

Ita quod domini prædictorum pratorum, pasturarum, mariscorum, turbariarum et terrarum arabilium, proficuum quod inde eis attinet, et similiter communarii[8] communiam pasturæ, et proficuum arundinis et leschiæ, et aliarum commoditatum in eisdem habentes, quolibet anno amittunt, ad damnum domini Regis, et hominum partium illarum, et hominum ibidem transire volentium, quolibet anno, ducentarum librarum et amplius. *CC. li'.*[9]

Dicunt etiam,[10] quod occasione obstructionis prædictæ, non est ibidem[11] transitus navium et[12] navicularum, cum bladis et aliis mercimoniis, versus portum prædictum, sicut antiquitus esse solebat, nec eundo seu redeundo, nisi transeant per Oldwelnee[13] et Littleport, circueundo per viam longiorem, per viginti et[14] sex leucas.

Quesiti etiam juratores, quantum prædictum manerium magis valet per annum, postquam obstructio prædicta facta[15] fuit, quam ante et cætera, dicunt, quod prædictum manerium magis valuit de quadraginta libris per annum post obstructionem quam ante.

---

1 *villam*] villatam, Roll.

2 *et uno*] supplied from Roll.

3 *et cætera*] supplied from Roll.

4 *Thorneiefen*] Thorneyefen, Roll.

5 *Benewik'*] Benewyk', Roll.

6 *decem . . . loco*] supplied from Roll.

7 *anno*] supplied from Roll.

8 *communarii communiam*] comunarii communam, Roll.

9 *CC. li'*] supplied from Roll.

10 *etiam*] ergo, Cartul.

11 *ibidem*] ibi, Roll.

12 *et*] seu, Roll.

13 *Oldwelnee et Littleport*] Oldewelnee et Lytleport, Roll.

14 *et*] omit, Roll.

15 *facta*] supplied from Roll.

Veredictum juratorum comitatus Hunt[ingdoniæ].

Verdict of the county of Huntingdon.

Et juratores comitatus Hunt[ingdoniæ] scilicet Robertus de Wassinglee,[1] Robertus de Bevill',[2] Rogerus de Cantilupo, Willelmus Mowyn, Robertus Wyne, Nicholaus de Stivecle, Ricardus de Mullesworth',[3] Vitalis le Noble, Rogerus Grymbaud,[4] Ricardus de Neketon',[5] Thomas de Beyvill', et Johannes filius Evæ, ad hoc electi et triati, dicunt super sacramentum suum, quod cum homines transire volentes a villatis de Jakesle,[6] Holm', Glatton', et Rameseye, per aquam de Nene, directe versus portum[7] prædictum de Lenne, cum navibus et naviculis, cum bladis, et aliis rebus suis venalibus, per villam de Outwelle, jam impediuntur ibidem per obstructionem prædictam, quod oportet eos[8] circuire, in eundo et redeundo, spatium quinquaginta leucarum et amplius.

Dicunt etiam, quod omnia terræ, prata, pasturæ, marisci, turbariæ, a[9] villa de Sancto Neoto in comitatu Hunt[ingdoniæ], aquæ quæ vocatur Ouse, contigua et adjacentia, longitudinis triginta leucarum, et latitudinis aliquo loco decem leucarum, aliquo loco plus, aliquo loco minus, usque ad villam de Benewyk', ubi aquæ de Ouse et Nene concurrunt adinvicem.

Et similiter terræ, prata, pasturæ, et[10] marisci omnium villatarum, inter villam de Ayllington'[11] in eodem comitatu usque[12] ad quemdam locum qui vocatur Muscote in marisco, videlicet, per spatium sexdecim leucarum, tempore cretinæ aquarum submerguntur et superundantur, eo quod aquæ illæ evacuari non possunt, sicut antiquitus evacuari solebant.

Ita quod domini mariscorum et tenementorum illorum, et similiter communarii in eisdem, proficuum, quod eis inde attinet, penitus inde amittunt.

Ad damnum domini Regis et hominum partium illarum sexcentarum marcarum per annum. *DC. mar'.*[13]

Dicunt etiam, quod dominus Rex est dominus manerii de[14] Glatton', ad quod mercatum de Holm' pertinet, ad quod

---

1 *Wassinglee*] Wassingle, Roll.
2 *Bevill'*] Beyvyll', Roll.
3 *Mullesworth'*] Millesuurth', Cartul.
4 *Grymbaud*] Grimbaud, Roll.
5 *Neketon'*] Noketon', Cartul.
6 *Jakesle*] Jakele, Roll.
7 *portum prædictum*] prædictum portum, Roll.
8 *eos*] ipsos, Roll.
9 *a*] et, Cartul.
10 *et*] supplied from Roll.
11 *Ayllington'*] Aylington', Roll.
12 *usque*] omit, Roll.
13 *DC. mar'*] supplied from Roll.
14 *de*] supplied from Roll.

mercatum homines partium de Lenne et aliunde de comitatibus Norff[olciæ] et Suff[olciæ], cum victualibus et mercandisis suis transire nequeunt, cum navibus et naviculis suis, nec redire, causa obstructionis supradictæ, per quod manerium domini Regis prædictum, cui mercatum illud pertinet, minus valet per annum, per decem libras. *x. li'.*[1]

Norh[amtonia].

Veredictum juratorum comitatus Norh[amtoniæ].

Verdict of the county of Northampton.

Et juratores comitatus Norh[amtoniæ], scilicet Laurentius de Preston', miles, Henricus de Tychemersch',[2] miles, Johannes de[3] Dandelyn, miles, Gilbertus de Tholthorp', miles, Henricus de Deen, miles, Robertus de Hotoft', miles, Willelmus Brabazoun,[4] Nicholaus de Tholthorp',[5] Adam de Wylby, Hugo de Northbergh',[6] Thomas Curzoun, et Radulphus de Thorneye, ad hoc triati et electi, dicunt super sacramentum suum, quod aqua de Nene solebat descendere directe de villa de Burgo Sancti Petri usque ad portum villæ de Lenne Episcopi, per quam homines comitatus prædicti solebant cariare et recariare, cum navibus et naviculis, mercimonia, blada, et omnimoda victualia, per villam de Outwelle in comitatu Norff[olciæ], usque jam triginta uno annis elapsis, quod prædictus Walterus de Langetone, nuper Coventr[ensis] et Lych[feldensis][7] Episcopus, cursum aquæ prædictæ ibidem obstruxit, prætextu cujus obstructionis, oportet homines, transire volentes a prædicto Burgo Sancti Petri usque ad[8] portum prædictum, circuire per viam longiorem, scilicet per Oldewelnee[9] et Littleport, quæ in eundo et redeundo, longior est transitus quinquaginta leucarum.

Dicunt etiam, quod eadem[10] occasione, marisci de[11] Burgh'fen[12] et[13] Peykyrkefen,[14] Northfen, et[15] Talnostfen, et similiter

---

[1] *x. li'*] supplied from Roll.

[2] *Tychemersch'*] Tychemersh, Roll.

[3] *de Dandelyn*] Daundelin, Roll.

[4] *Brabazoun*] Brabazon, Roll.

[5] *Tholthorp'*] Tolthorp', Roll.

[6] *Northbergh'*] Northburgh', Roll.

[7] *Lychfeldensis*] Lich', Roll.

[8] *ad*] supplied from Roll.

[9] *Oldewelnce*] Oldewellenee, Roll.

[10] *eadem*] ea, Roll.

[11] *de*] et, Roll.

[12] *Burgh'fen*] Burghfen, Roll.

[13] *et*] omit, Roll.

[14] *Peykyrkefen*] Peykirkfen, Roll.

[15] *et Talnostfen*] Talnoltefen, Roll.

terræ et[1] prata eisdem mariscis contigua[2] adjacentia, submersa sunt, et superundata, cum cretina aquarum acciderit, pro eo quod aquæ illæ evacuari non possunt, prout antiquitus evacuari solebant.

Ita quod domini mariscorum et tenementorum illorum, et similiter communarii, in[3] eisdem proficuum, quod eis attinet, penitus amittunt.

Ad damnum domini Regis et hominum partium illarum quinquaginta marcarum per annum.

Per quod dictum est præfato Adæ, qui sequitur pro Rege, quod expectet inde judicium de die in diem, quousque et cætera.

Postea, in crastino Sancti Johannis Baptistæ proximo post Quindenam Sanctæ Trinitatis, dominus Rex mandavit Justiciariis suis hic breve suum in hæc verba:—

Breve Justiciariis de judicio reddendo.

A.D. 1331, June 28. Writ to the Justices to proceed to judgment.

Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido Le Scrop', et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.

f. cc. xii.

Cum nos, nuper accipientes præsentatum extitisse coram vobis, præfate Galfride, et sociis vestris, nuper Justiciariis nostris itinerantibus[4] in comitatu Norh[amtoniæ], quod cursus cujusdam aquæ descendentis de[5] Burgo Sancti Petri in comitatu prædicto, usque ad portum de Lenne Episcopi, in comitatu Norff[olciæ], viginti et octo annis elapsis, obstruebatur apud Outwelle[6] in dicto comitatu Norff[olciæ], per quemdam Walterum de Langeton', nuper Covent[rensem] et Lich[feldensem] Episcopum, ratione manerii sui de Coldam,[7] per quod prata, pascuæ, pasturæ, et marisci erant superundata, ad nocumentum hominum comitatuum prædictorum, ac comitatuum Hunt[ingdoniæ], Linc[olniæ], et Cant[ebrigiæ] contiguo adjacentium, necnon omnium hominum ibidem transire volentium, cum bonis et mercandisis suis, versus portum prædictum, et

---

[1] *et*] supplied from Roll.

[2] *contigua*] contigue, Cartul.

[3] *in*] cum, Cartul.

[4] *itinerantibus*] supplied from Roll.

[5] *de*] in, Cartul.

[6] *Outwelle*] Utwelle, Roll.

[7] *Coldam*] Coldham, Roll.

abinde redeuntium versus partes superiores, cum victualibus et aliis necessariis suis.

Ita quod, per obstructionem illam, non fuit ibi transitus, cum navibus seu naviculis, sicut antiquitus esse solebat.

Et quod pro eo, quod Edmundus Peverel, consanguineus et heres prædicti Walteri, defunctus,[1] obstructionem illam continuavit, manutenuit, et sustentavit, in tantum processum extitisset, quod idem Edmundus se inde posuit in juratas patriæ, in itinere supradicto, quæ quidem juratæ, per homines dictorum comitatuum Norh[amtoniæ], Norff[olciæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], et Cantebr[igiæ], coram nobis consideratæ fuerunt capiendæ per defaltam ipsius Edmundi.

Et nos postmodum, ad prosecutionem hominum partium de[2] Merskland' in dicto comitatu Norff[olciæ], necnon hominum[3] ejusdem comitatus, ac dicti comitatus Cantebr[igiæ], et comitatus Suff[olciæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, coram nobis, et consilio nostro, in ultimo Parliamento nostro exhibitam, suggerentium, quod per inquisitiones nuper factas coram Willelmo Haward, et sociis suis ad hoc assignatis, compertum fuit, quod prædictæ partes de Merskland', alio modo quam per obstructionem prædictam, salvari non potuerunt, et quod, eo prætextu, ordinaverunt obstructionem fieri supradictam; mandaverimus Thesaurario et Baronibus[4] nostris de Scaccario, quod tenores inquisitionum inde coram præfatis Willelmo et sociis suis prædictis factarum, necnon processuum inde coram ipsis habitorum, qui in Thesauraria[5] nostra extiterunt, ut dicebatur, coram nobis, ad certum diem jam præteritum mitterent, sub sigillo Scaccarii nostri.

Et similiter præceperimus[6] vicecomitibus nostris comitatuum prædictorum, quod ipsi, in locis publicis in ballivis suis, ubi viderent[7] expedire, publice facerent proclamari, quod omnes illi, quos præmissa contingerent, essent coram nobis in Quindena Sanctæ Trinitatis proximo præterita, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderent expedire, necnon ad justitiam ulterius consequendam.

Et vobis mandaverimus, quod captioni juratarum prædictarum interim supersederetis, subsequenterque dato nobis intelligi,

---

[1] *defunctus*] defunctus per, Cartul.

[2] *de*] supplied from Roll.

[3] *hominum*] supplied from Roll.

[4] *Baronibus*] Camerariis, Cartul.

[5] *Thesauraria*] Thesauria, Roll.

[6] *præceperimus*] præcepimus, Cartul.

[7] *viderent expedire*] expedire viderent, Roll.

quod præfatus Edmundus, et Elizabetha uxor ejus, die obitus ipsius Edmundi, conjunctim tenuerunt manerium supradictum, sicque dicta Elizabetha illud tenuit.

Et nos, eo prætextu attendentes, quod, tam nobis, quam populo regni nostri, per obstructionem illam, damna quamplurima evenerunt, quodque longe majora processu temporis de facili possent evenire, nisi remedium inde citius adhiberetur opportunum.

Et volentes ea occasione captiones juratarum prædictarum maturari, vobis mandaverimus, quod ad juratas illas ad prædictam Quindenam capiendas, absque ulterioris dilationis diffugio procederetis, prout pro utilitate nostra, et populi regni nostri, fore videretis faciendum.

Et præceperimus Vicecomiti nostro dicti comitatus Cant[ebrigiæ], quod præmunire faceret prædictam Elizabetham, quod captioni juratarum prædictarum ad eandem Quindenam interesset, ad proponendum pro jure suo in hac parte, si sibi videret expedire.

Ac jam intellexerimus, quod licet vos, prætextu mandati nostri prædicti, inquisitiones super præmissis feceritis, ad judicium tamen inde juxta veredicta inquisitionum illarum reddendum hucusque procedere distulistis, et adhuc differtis, unde plurimum admiramur.

f. cc. xii. b. Nos igitur, negotium illud volentes executioni debitæ demandari, vobis mandamus, quod si ita sit, tunc ad judicium inde reddendum procedatis.

Et ulterius justitiam, tam pro nobis, quam pro populo nostro, in præmissis, sine dilatione faciatis, prout pro utilitate nostra, et populi nostri, fore videritis faciendum.

Teste me ipso, apud Geywode, vicesimo[1] octavo die Junii, anno regni nostri quinto.

Et inspecto brevi prædicto, continetur in eodem, quod Justiciarii hic, ad judicium reddendum super veredictis inquisitionum prædictarum, hucusque procedere distulerunt, sed in conclusione ejusdem brevis non continetur, quod Justiciarii hic procedant ad judicium inde reddendum, juxta veredicta inquisitionum prædictarum, per quod dictum est præfato Adæ de Fincham, qui sequitur pro domino Rege, quod sequatur breve, faciendo mentionem quod Justiciarii procedant ad judicium reddendum, juxta veredicta prædicta, et cætera.

Postea dominus Rex mandavit Justiciariis suis breve[2] suum, hic, in hæc verba:—

---

[1] *vicesimo octavo*] decimo octavo, Cartul.

[2] *breve suum hic*] hic breve suum, Roll.

Aliud breve de eodem.

Edwardus, Dei[1] gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, dilectis et fidelibus suis, Galfrido le Scrop', et sociis suis, Justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.

A.D. 1331, July 3. Another writ concerning the same.

Cum nos, nuper accipientes præsentatum extitisse coram vobis, præfate Gilberte, et sociis vestris, nuper Justiciariis nostris itinerantibus in comitatu Norh[amtoniæ], quod cursus cujusdam aquæ descendentis de Burgo Sancti Petri in comitatu prædicto, usque ad portum de Lenne Episcopi, in comitatu Norff[olciæ], viginti et octo annis elapsis, obstruebatur apud Outwelle,[2] in dicto comitatu Norff[olciæ], per quendam Walterum de Langeton', nuper Coventr[ensem] et Lych[feldensem][3] Episcopum, ratione manerii sui de Coldham, per quod prata, pascuæ, pasturæ, et marisci erant superundata, ad nocumentum hominum comitatuum prædictorum, ac comitatuum Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], et Cantebr[igiæ], contiguo adjacentium, necnon omnium hominum ibidem transire volentium, cum bonis et mercandisis suis versus portum prædictum, et abinde redeuntium versus partes superiores, cum victualibus et aliis necessariis suis.

Ita quod, per obstructionem illam, non fuit ibi transitus, cum navibus seu naviculis, sicut antiquitus esse solebat.

Et quod pro eo, quod[4] Edmundus Peverel, consanguineus et heres prædicti Walteri, defunctus, obstructionem illam continuavit, manutenuit, et sustentavit, in tantum processum extitisset, quod idem Edmundus se inde posuit in juratas patriæ in itinere prædicto, quæ quidem juratæ, per homines dictorum comitatuum Norh[amtoniæ], Norff[olciæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], et Cantebr[igiæ], coram nobis consideratæ fuerunt capiendæ, per defaltam ipsius Edmundi.

Et nos postmodum, ad prosecutionem hominum partium de Merskland' in dicto comitatu Norff[olciæ], necnon hominum ejusdem comitatus, ac dicti comitatus Cantebr[igiæ], et comitatus Suff[olciæ], terras et tenementa eisdem partibus contigua habentium, per petitionem suam, coram nobis, et consilio nostro, in ultimo Parliamento nostro exhibitam, suggerentium, quod per inquisitiones nuper factas coram Willelmo Haward et sociis

---

[1] *Dei . . . Aquitaniæ*] et cætera, Cartul.

[2] *Outwelle*] Utwelle, Roll.

[3] *Lychfeldensem*] Lichefeld', Roll.

[4] *quod*] quod prædictus, Cartul.

suis ad hoc assignatis, compertum fuit, quod prædictæ partes [de] Mersklаnd', alio modo quam per obstructionem prædictam, salvari non potuerunt, et quod, eo prætextu, ordinaverunt obstructionem fieri supradictam ; mandaverimus Thesaurario et Baronibus nostris de Scaccario, quod tenores inquisitionum inde coram præfatis Willelmo et sociis suis prædictis factarum, necnon processuum inde coram ipsis habitorum, qui in Thesauraria nostra extiterunt, ut dicebatur, coram nobis, ad certum diem jam præteritum mitterent, sub sigillo Scaccarii nostri. Et similiter præceperimus vicecomitibus nostris comitatuum prædictorum, quod ipsi, in locis publicis in ballivis suis, ubi expedire viderent, publice facerent proclamari, quod omnes illi, quos præmissa contingerent, essent coram nobis, in Quindena Sanctæ Trinitatis proximo præterita, ad rationes suas in hac parte proponendas, si sibi viderent expedire, necnon ad justitiam ulterius consequendam.

Et vobis mandaverimus, quod captioni juratarum prædictarum interim supersederetis, subsequenterque[1] nobis dato intelligi, quod præfatus Edmundus, et Elizabetha uxor ejus, die obitus
f. cc. xiii. ipsius Edmundi, conjunctim tenuerunt[2] manerium supradictum, sicque dicta Elizabetha illud tenuit. Et nos, eo prætextu attendentes, quod[3] tam nobis, quam populo regni nostri, per obstructionem illam, damna quamplurima evenerunt, quodque longe majora processu temporis de facili possent evenire, nisi remedium citius inde adhiberetur opportunum.

Ac volentes ea occasione captiones juratarum prædictarum maturari, vobis mandaverimus, quod ad juratas illas ad prædictam Quindenam capiendas, absque ulterioris dilationis diffugio, procederetis, prout pro utilitate nostra, et populi regni nostri, fore videretis faciendum.

Et præceperimus Vicecomiti nostro dicti comitatus Cantebr[igiæ], quod præmunire faceret prædictam Elizabetham, quod captioni juratarum prædictarum ad eandem Quindenam interesset, ad proponendum pro jure suo in hac parte, si sibi videret expedire.

Ac jam intellexerimus, quod licet vos, prætextu mandati nostri prædicti, inquisitiones super præmissis feceritis, ad judicium tamen inde, juxta veredicta inquisitionum illarum,

---

[1] *subsequenterque*] consequenterque, Cartul.

[2] *tenuerunt*] tenuere, Cartul.

[3] *quod*] supplied from Roll.

reddendum hucusque procedere[1] distulistis, et adhuc differtis, unde plurimum admiramur.

Nos igitur, negotium illud volentes debitæ[2] executioni demandari, vobis mandamus, quod si ita sit, tunc ad judicium inde reddendum, juxta veredicta inquisitionum prædictarum, procedatis.

Et ulterius justitiam, tam pro nobis, quam pro populo nostro, in præmissis, sine dilatione faciatis, prout pro utilitate nostra, et populi nostri, fore videritis faciendum.

Teste me ipso, apud Sempryngham, tertio die Julii, anno regni nostri quinto.

Et inspecto hoc ultimo brevi, processum est[3] ad judicium inde reddendum juxta veredicta inquisitionum prædictarum[4] in hac forma:—

Judicium.

Quia per juratam, tam militum, quam aliorum proborum et legalium hominum de comitatu Norff[olciæ], compertum est, quod obstructio prædicta fiebat apud Outwelle,[5] in eodem comitatu, per prædictum[6] Walterum de Langeton', Coventr[ensem] et Lych[feldensem][7] Episcopum, in solo alterius, et non in solo suo proprio, et quod prædicta obstructio sic facta per prædictum Walterum fiebat ita fortiter[8] et substantialiter, quod numquam hucusque indigebat emendatione, reparatione, seu sustentatione aliquibus.

Et quod Robertus Peverel, frater et heres prædicti Walteri de Langeton', nec Edmundus filius et heres ipsius Roberti, temporibus aliquibus aliquod manuopus ad prædictam obstructionem manutenendam seu sustentandam apposuerunt.

Et quod obstructio illa fiebat ad damnum domini Regis, et hominum prædicti comitatus Norff[olciæ] ibidem transire volentium, ducentarum librarum per annum.

---

1 *procedere*] originally written *procederet* in the Cartul., but the *t* is marked with a dot of subpunction.

2 *debitæ executioni*] executioni debitæ, Roll.

3 *est*] supplied from Roll.

4 *prædictarum*] prædicta, Roll.

5 *Outwelle*] Utwelle, Roll.

6 *prædictum*] omit, Roll.

7 *Lychfeldensem*] Lich', Roll.

8 *fortiter*] forte, Cartul.

Et similiter, quod per juratas tam[1] militum, quam aliorum, et cætera, de comitatibus Cant[ebrigiæ], Huntingdon[iæ], Linc[olniæ], et Norhampton[iæ], inde[2] captas separatim, compertum est, quod terræ, prata, pasturæ, et marisci de Thorneyefen, Raygnel,[3] Croulandfen, Depyngfen, Depemefen, et Burghfen, et alia terræ et[4] prata, pasturæ et marisci, eidem aquæ contiguo adjacentia, sunt submersa et superundata.

Ad damnum hominum comitatus Cant[ebrigiæ] per annum ducentarum librarum.

Et hominum comitatus Hunt[ingdoniæ] sexcentarum marcarum per annum.

Et ad damnum domini Regis, in manerio suo de Glatton', decem librarum per annum.

Et hominum comitatus Linc[olniæ] mille marcarum per annum.

Et hominum comitatus Norh[amtoniæ] quingentarum marcarum per annum.

Et similiter ad damnum et nocumentum omnium hominum comitatuum prædictorum, cum navibus et naviculis suis ibidem transire volentium.

Consideratum est, quod obstructio' prædicta, sic facta ad damnum domini Regis et nocumentum hominum comitatuum prædictorum, et quicquid sit ad nocumentum in[5] hac parte, deleatur penitus.

Et præceptum est Vicecomiti Norff[olciæ], quod prædictam obstructionem, ut prædictum est, faciat delere.

Et quod in singulis locis in balliva sua, ubi et cætera, publice proclamari faciat, quod omnes illi, quos præmissa contingunt, et qui, occasione deletionis obstructionis prædictæ proficuum intendunt habere, intersint[6] apud villam de Outwelle[7] supradictam, ad certos[8] dies, quos idem Vicecomes eis

---

[1] *tam . . . comitatibus*] comitatuum, Cartul.

[2] *inde . . . est*] est compertum, Cartul.

[3] *Raygnel . . . Depyngfen*] Depemefen, Cartul.

[4] *et*] omit, Roll.

[5] *in hac parte*] ex omni parte, Roll.

[6] *intersint*] assistant, Cartul.

[7] *Outwelle*] Utwelle, Roll.

[8] *certos dies quos*] certum diem quem, Roll.

scire faciet in auxilium ipsius Vicecomitis, ad obstructionem prædictam delendam.

Et similiter præceptum est Vicecomitibus Cant[ebrigiæ], Hunt[ingdoniæ], Lincoln[iæ], et Norh[amtoniæ], quod ipsi singillatim in ballivis suis consimilem faciant proclamationem, scilicet, quod omnes illi qui [1] et cætera, intersint ad villam de Outwelle [2] supradictam, in auxilium prædicti Vicecomitis Norff[olciæ], ad obstructionem prædictam delendam, et cætera.[3]

Tenor brevis Vicecomiti Norff[olciæ] directi, de obstructione prædicta delenda.

Breve Norff[olciæ] de executione judicii.

Edwardus, et cætera, Vicecomiti Norff[olciæ], salutem. A.D. 1331, July 7.

Cum nuper, coram dilectis et fidelibus nostris, Galfrido Le Scrop', et sociis suis, Justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Norh[amtoniæ], præsentatum esset, quod cursus cujusdam aquæ, quæ vocatur Nene, descendentis de Burgo Sancti Petri in comitatu Norh[amtoniæ], usque ad portum de Lenne Episcopi, in comitatu tuo, viginti et octo annis elapsis, obstruebatur apud Outwelle, per quendam Walterum de Langeton, nuper Coventr[ensem] et Lych[feldensem] Episcopum, ratione desiccandi manerium suum de Coldam in comitatu Cant[ebrigiæ], per quod, prata, pascuæ, pasturæ, et marisci eidem aquæ contigua habentium, et ibidem transire volentium, prout in eodem itinere, tam pro jure nostro, quam pro statu populi nostri, extitisset ostensum, et pro eo quod obstructio prædicta fiebat in comitatu tuo, et nocumenta, quæ evenerunt ratione obstructionis prædictæ, accidebant, tam in prædictis comitatibus Cant[ebrigiæ], Hunt[ingdoniæ], Linc[olniæ], et Norh[amtoniæ], quam in comitatu[tuo] præfati justiciarii nostri recordum et processum prædicta coram nobis ad certum diem præteritum miserunt terminanda.

The King's writ to the Sheriff of Norfolk ordering him to remove the obstruction.

f. cc. xiii. b.

Ac postmodum in curia nostra, coram nobis in tantum processum extitisset, super negotio prædicto, quod per juratam, tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum comitatus

---

[1] *qui*] supplied from Roll.
[2] *Outwelle*] Utwelle, Roll.
[3] The entry on the Roll ends here.

tui, in curia nostra, coram nobis summonitam et captam, compertum[1] sit, quod obstructio prædicta facta fuit apud Outwelle in comitatu tuo, triginta et uno annis elapsis, per prædictum Walterum, Episcopum, ita quod non est ibi transitus regius, cum navibus et naviculis, sicut antiquitus esse solebat, ad damnum et nocumentum hominum comitatus tui ducentarum librarum per annum.

Et similiter, per juratam, tam militum, quam aliorum proborum et legalium hominum, de comitatibus Cant[ebrigiæ], Hunt[ingdoniæ], Linc[olniæ], et Norh[amtoniæ], in curia nostra compertum sit, quod per obstructionem illam prata, pascuæ, pasturæ, et marisci, in prædictis comitatibus Cant[ebrigiæ], Hunt[ingdoniæ], Linc[olniæ], et Norh[amtoniæ], aquæ prædictæ contiguo adjacentia sunt communiter, quolibet anno, submersa et superundata, ad damnum hominum comitatus Cant[ebrigiæ] per annum ducentarum librarum, et hominum comitatus Hunt[ingdoniæ] sexcentarum marcarum per annum, et hominum comitatus Linc[olniæ] mille marcarum per annum, et hominum comitatus Norh[amtoniæ] quingentarum marcarum per annum. Et ad damnum nostrum in manerio nostro de Glatton' in prædicto comitatu Hunt[ingdoniæ], decem librarum per annum.

Per quod consideravimus, quod obstrúctio supradicta sic facta ad damnum nostrum et populi nostri comitatuum prædictorum ex omni parte deleatur.

Ita quod aqua prædicta teneat cursum suum sicut antiquitus ante obstructionem prædictam tenere solebat.

Et quod nocumenta, quæ prætextu obstructionis prædictæ evenerunt, futuris temporibus nullatenus possint evenire.

Et ideo tibi præcipimus, quod obstructionem supradictam sic factam ad nostri damnum et hominum prædictorum, ex omni parte delere faciatis.

Et quod in singulis locis in balliva tua, ubi videris expedire, publice proclamari facias, quod omnes illi, quos præmissa contingunt, et qui proficuum, per deletionem obstructionis prædictæ habere intendunt, assistant tecum in auxilium ad prædictam villam de Outwelle, ad dies quos eis scire facies, ad prædictam obstructionem delendam, si sibi viderint expedire.

Præcipimus Vicecomitibus nostris comitatuum prædictorum, quod in singulis locis in ballivis suis, ubi expedire viderint, consimilem faciant proclamationem.

---

[1] *compertum*] conpertum, Cartul.

Ita quod aqua prædicta habeat et teneat cursum suum prædictum, sicut antiquitus tenere solebat ante obstructionem supradictam.

Et quod nocumenta, quæ eo prætextu prius evenerunt, ut prædictum est, de cætero nequeant imminere.

Teste Galfrido Le Scrop', apud Linc[olniam], septimo die Julii, anno regni nostri quinto.

DLXXXIV.

Pro Wytlesmere. f. cc. xiiii.[1]

Exoneratio sectæ ad curiam de Glattone.

Memorandum, quod nono die Maii, anno regni Regis Henrici Sexti post conquestum sextodecimo, Johannes,[2] Abbas monasterii de Ramesey venit apud Westmonasterium, coram Willelmo Phelippe, Domino de Bardolfe, Capitali Senescallo dicti domini Regis Ducatus sui Lancastriæ, et consilio ipsius domini Regis Ducatus sui prædicti. A.D. 1438, May 9. Exoneration of the Abbot of Ramsey from suit of the court of Glatton.

Et monstravit ibidem quandam cartam[3] Ricardi,[4] Comitis Cornubiæ, progenitoris ipsius domini Regis, per quam dictus Ricardus, Comes Cornubiæ, concessit et quietum clamavit, pro se et heredibus suis, Deo et Sanctæ Mariæ, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Ramesey, et Abbati prædecessori nunc Abbatis, et monachis ibidem Deo servientibus, totum jus et clameum quod habuit, vel habere potuit, in tribus mesuagiis piscatorum suorum super Wetlesmere, cum pratis et fossatis dicta mesuagia circumcingentibus, cum omnibus aliis pertinentiis suis.

Tenendum eidem tunc Abbati, et monachis et successoribus suis, imperpetuum.

Reddendo inde annuatim prædicto Comiti, et heredibus suis, quadraginta solidos sterlingorum, tantum, ad manerium suum de Glattone, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, releviis,

---

[1] *pro Wytlesmere* is written in the upper margin as a running title.

[2] John Stowe, received the royal assent April 2, 1436, (see No. DCXXVI., p. 206).

[3] Vide this charter, Vol. II., p. 330, No. CCCCL.

[4] Richard Plantagenet, younger son of King John, ob. April 2, 1272.

auxiliis, sectis curiæ, et demandis, atque omnibus aliis exactionibus sæcularibus.

Idemque Abbas ad tunc et ibidem asseruit, se graviter, et minus juste, in curia manerii de Glattone prædicta amerciari, contra tenorem cartæ prædictæ, pro eo quod idem Abbas ad curiam prædictam sectam non fecit.

Et pro eo quod idem Abbas piscationem suam super Wytlesmere prædictam sine licentia dicti domini Regis ad firmam dimisit.

Et petiit sibi justitiam in hac parte fieri.

Et super hoc adtunc et ibidem, per prædictum dominum de Bardolf, et concilium ipsius domini Regis prædictum, præsentibus ibidem Jacobo Strangways et Willelmo Pastone, Justiciariis domini Regis de Banco suo, de materia prædicta allocutis, consideratum fuit, quod prædictus Abbas, de secta prædicta facienda, ac de amerciamentis prædictis, tam pro prædicta secta, quam pro dimissione piscariæ suæ prædictæ, exoneretur.

Super quæ adtunc et ibidem, per consilium prædictum, præceptum fuit Johanni Wasche, Auditori ipsius domini Regis manerii sui prædicti, quod ipse quoscumque ballivos, præpositos, et ministros ipsius domini Regis manerii sui prædicti de amerciamentis prædictis penitus exoneraret.

cc. xvi. b.[1]

DLXXXV.

Measures and weights.

Memorandum, quod octodecim communes ringæ faciunt unam magnam quarteriam; excepto Borennelle, quod facit viginti communes ringas, unam magnam quarteriam.

Et quatuor communes ringæ,[2] duo busselli, faciunt mittam gruti.

Et quinque communes ringæ brasei et præbendæ faciunt mittam.

---

[1] folios cc. xiiii. b. to cc. xvi. inclusive are entirely blank.

[2] The letters *fa*, being the commencement of the word *faciunt* occurring subsequently, follow *ringæ* in the MS., but have been struck through.

Nota, quod mitta gruti debet mensurari sic.

Videlicet, cum fuerit cumulata et imprimata per impressionem pungi usque ad cubitum semel per quatuor partes mittæ de residuo gruti per impressionem, debet fieri circulus per exteriorem costeram mittæ, ad altitudinem palmæ, videlicet, ad summitatem pollicis, et denuo debet cumulari usque ad summum, quantum vas potest sustinere.

Et hoc facto, continet mitta gruti quatuor communes ringas, duos bussellos.

Mitta brasei eodem modo debet mensurari, excepto quod ultima cumulatio non debet fieri, nisi ad altitudinem pollicis, ut prius.

Et sic continent quinque communes ringæ mittam.

Mitta avenæ omnino sicut braseum debet mensurari.

Nota, quod septem disci cumulati de wouk' faciunt parvam mensuram rasam.

Quæ mensura, sexies impleta et rasata, facit unam mensuram cumulatam.

Quæ mensura, sic mensurata, continet unam communem ringam de Hunt[ingdonia].

Nota, quod panis monachi, decrustatus secundum consuetudinem, debet ponderare sexaginta solidos, et viginti denarios.

Pondus wastalli in die Cœnæ quatuor libras sterlingorum.

Panis pauperum ejusdem ponderis.

Panis militis, quinquaginta solidos, viginti denarios.

Panis armigeri, quinquaginta et duos solidos, sex denarios.

Panis quatuor fladonum ponder[at] panem monachi.

Flado prioris ponder[at] panem monachi.[1]

---

[1] At the foot of the page the following note occurs, but without any sign of reference :—Pondus. Memorandum, quod panis monachi ponderabit quadraginta novem solidos, quatuor denarios.

Item minoris [*sic*] panis albi ponderat triginta octo solidos, tres denarios, apud Sanctum Ivonem.

Item panis servientium ponderat quinquaginta septem solidos, octo denarios.

Item panis militis ponderat triginta octo solidos, tres denarios.

DLXXXVI.

Maneria pertinentia ad Celerariam, et quantum quodlibet eorum solvet per annum.

* * * * *[1] magna.	Quarteria farinæ.	Ringæ farinæ.	Wouk' per[2] quarterium pro farina.	Ringæ Wouk'.	Præbendæ, per mittam.	Grutum, per mittam.	Braseum,[3] per mittam.	Fabæ coquinæ, per ringam.	Den[arii] super tall' per li'.
Borewelle [4] - - -	xvi.	xvi.	—	—	xxviii.	xxv.	L.	viii.	vi. li.
Therfeld' - - - -	ix.	ix.	iii.[5] quarteria.	iii. Ringæ	xxi.	xviii. et[6] di. i. Ringa et bus.	xxxvii. et [6] di.	vi.	lx. s.
Elisworth' cum Gravele [7] -	xviii.	xviii.	vi.[8]	vi.	xlii.	xxxvii. di.	lxxv.[9]	xii.	vi. li.
Houghton' - - -	xii.	xii.	iiii.[10]	iiii.	xxviii.	xxv.[11]	L.[12]	viii.	C. s.
Slepe et Hal[iwelle] - -	xviii.	xviii.	vi.[8]	vi.	xlii.	xxxvii.[13] et [6] di.	lxxv.[9]	xii.	vi. li.
Wardebois - - -	xii.	xii.	iiii.[10]	iiii.	xxviii.	xxv.[11]	L.[12]	viii.	iiii. li.
Wystouue - - -	ix.	ix.	iii.[14]	iii.	xxi.	xxviii.[15] et [6] di. i. R' et bz.	xxxvii.[16] di'.	vi.	lx. s.
Upwode - - - -	ix.	ix.	iii.	iii.	xxi.	xxviii. et di'. i. R' et i. bz.	xxxvii. et di'.	vi.	lx. s.
Rypton' - - - -	xiiii.	xiiii.	ii.	ii.	xxviii.	xxv.[17]	L.[12]	viii.	C. s.
Weston' - - - -	xii.	xii.	iiii.	iiii.	xxviii.	xxv.[17]	L.[12]	viii.	C. s.
Ailington' - - -	xii.	xii.	iiii.	iiii.	—	xxv.[11]	L.[12]	viii.	C. s.

[1] There is an erasure here. [2] *per quarter'*] interlined in MS. [3] *Braseum . . . mittam*] written on an erasure. [4]] All these names, from *Borewelle* to *Weston'*, inclusive are written upon erasures. [5] *iii. quart'*] written on an erasure. [6] *et*] interlined in MS. [7] *Gravele*] added in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark. [8] *vi.*] written on an erasure. [9] *lxxv.*] written partly on an erasure. [10] *iiii.*] written on an erasure. [11] *xxv.*] written partly on an erasure. [12] *L.*] written on an erasure. [13] *xxxvii.*] written partly on an erasure. [14] *iii.*] written on an erasure. [15] *xxviii. . . . bz.*] written on an erasure. [16] *xxxvii. di'.*] written on an erasure. [17] *xxv.*] written on an erasure.

DLXXXVI.—*continued.*

—	Pondus casei.	Pondus baconis.	Mel per bollis'.	Numerus gallinarum.	Numerus aucarum.	Fres-cing[es].	Numerus agnorum.	Multones.	Muncell' casei.	Lagenæ butiri.
Borwelle - . -	x. vel iiii. li'.	x. vel. C. s.	viii.	vi^{xx}.[1] et xviii.	xiiii.	xx.	xvi.	iiii.	xxiii.	xvi.
Therf[elde] - -	vel lx. s. vii. di.	vel lxxv. s. vii. di.	vi.	v^{xx}.et.[2] iiii.	xi.	xv.	xii.	iii.	xviii.	xii.
Eliswrthe cum[3] Gravele	vii. di. vi. li. xv.	vii. li. x. s. xv.	xii.	x^{xx}. vii.	xxi.	xxx.	xxiv.	vi.	xxxvi.	xxiv.
Hougthone - -	iiii. li. x.	C. s. x.	viii.	C. et xviii.	xiiii.	xx.	xvi.	iiii.	xxiiii.	xvi.
Slepe et Hal[iwelle] -	vii. li. x. s. xv.	vi. li. xv.	xii.	x^{xx}. et vii.	xxi.	xxx.	xxiiii.	vi.	xxxvi.	xxiiii.
Wardebois - -	iiii. li. x.	C. s. x.	viii.	C. et xviii.	xiiii.	xx.	xvi.	iiii.	xix.	xvi.
Wistoue - -	lx. s. vii. et[2] di.	lxxv. s. vii. et. di.	vi.	v^{xx}. iiii.	xi.	xv.	xii.	iii.	xviii.	xii.
Upwode - - -	lx. s. vii. et[2] di.	lxxv. s. vii. et di.	vi.	v^{xx}. et iiii.	xi.	xv.	xii.	iii.	xviii.	xii.
Ryptone - - -	iiii. li. x.	C. s. x.	viii.	C. et xviii.	xiiii.	xx.	xvi.	iiii.	xxiiii.	xvi.
Westone - - -	iiii. li. x.	C. s. x.	viii.	C. et[2] xviii.	xiiii.	xx.	xvi.	iiii.	xxiiii.	xvi.
Aillingtone . -	iiii. li. x.	C. s. x.	viii.	C. et[2] xviii.	xiiii.	xx.	xvi.	iiii.	xxiiii.	xvi.

[1] *vi^{xx}. et xviii.*] written on an erasure. [2] *et*] interlined in MS.
[3] *cum Gravele*] inserted in the margin, and referred by a mark to its proper place in the text.

DLXXXVI.—*continued.*

—	Den[arii] pro allec'.	Denar[ii] pro libr'.	Caret' feyn.	Caret' forag[ii].	Numerus ovorum.	Foragium per truses.	Caro boum	In brac[ino] denar[ii].	In sartrino denar[ii].	Den[arii] pro disc[is].
Borewelle - -	di. marc'.	iiii. li.	—	—	xx^{c}. iiii.	—	dimid' carcos'.	viii. d.	x. d. ob.	xl. d.
Therfelde - -	v. s.	lx. s.	—	—	xvi^{c}. et di.	—	quar' et di.	vi. d.	vii. d.	xxx. d.
Eliswrthe cum Gravele	x.	vi. li.	—	—	xxxiiii^{c}. di.	—	iii. quar'.	xii. d.	xv. d.	v. s.
Hougthone - -	di. marc'.	iiii. li.	xv.	v.	xxiiii^{c}.	xxiiii.	di. car'.	viii. d.	x. d.	xl. d.
Slepe et Hal[iwelle] -	x. s.	vi. li.	xv.	viii.	xxxiiii^{c}. di.	xxxvi.	iii. quar'.	xii. d.	x. d.	v. s.
Wardebois - -	di. mar.	iiii. li.	x.	v.	xxiii^{c}.	xxiiii.	di. quar'.	viii. d.	x. d.	xl. d.
Wistoune - -	v. s.	lx. s.	xv.	v.	xvi^{c}. di.	xvi.	quart'[1] et di.	vi. d.	vii. d. ob.	xxx. d.
Upwode - - -	v. s.	lx. s.	xv.	v.	xvi^{c}. di.	xvi.	quart'[1] et di.	vi. d.	vii. d. ob.	xxx. d.
Riptone - - -	di. mar.	iiii. li.	xv.	v.	xxiii^{c}.	xxiiii.	di. car'.	viii. d.	x. d.	xl. d.
Westone - - -	di. mar.	iiii. li.	—	—	xxiii^{c}.	xxiiii.	di. car'.	viii. d.	x. d.	xl. d.
Aillingtone - -	di. mar.	iiii. li.	xv.	—	xxiii^{c}.	xxiiii.	di. car'.	viii. d.	x. d.	xl. d.

[1] *quart' et di.*] written on an erasure.

DLXXXVII.

Hoc est statutum quod statuit piæ memoriæ, dominus Alduuinus, Rameseiæ Abbas,[1] victui monachorum suorum, et hospitibus regulariter supervenientibus; quod post eum Gilbertus Capellanus, ex parte Regis Henrici,[2] confirmavit.

Statute of Abbot Aldwin concerning the food of the monks, and of guests.

Et post eum Johannes Capellanus; post quem Reginaldus Abbas[3] idem concessit.

Item post eum Albericus de Veer,[4] ex parte ejusdem Regis Henrici, annuit.

In primis statuit, et ad celerariam, pro victu prædictorum monachorum et hospitum, assignavit diversa maneria, quæ vocantur firmas monachorum, sicut superius plenius annotantur.

Et pro unaquaque plena firma, redderet per annum duodecim quarteria farinæ, tritici vannati.

Unumquodque quarterium facit viginti ringas de le melehous, scilicet octodecim ringas de Hunt[ingdonia].

Redderet etiam duodecim ringas del melehous, tritici vannati, ad coquinam, ad tria festa; scilicet, ad Natale quatuor, ad Pascha quatuor, et ad festum Sancti Benedicti quatuor.

Redderet etiam duo mille vokepanni ad opus servientium, vel quatuor quarteria, et quatuor ringas tritici, sicut cadit de garbis, ventilatas, ad mensuram del melehous rasas.

Ita tamen quod in unaquaque rasura remaneat cautellus.

Redderet etiam quinquaginta mittas brasei, et viginti et quinque mittas gruti, et viginti et octo mittas præbendæ, præter hospitium Abbatis, quod solet dare duas mittas præbendæ.

Et sciendum, quod mitta de braseo facit quinque communes ringas, et similiter mitta præbendæ.

Mitta vero gruti facit quatuor ringas communes et dimidiam.

Redderet etiam decem pondera[5] casei, vel quatuor libras, videlicet, pro uno pondere octo solidos.

Et decem pondera baconis, vel centum solidos pro unoquoque pondere decem solidos.

Et octo ringas fabarum, et quatuor libras denariorum, et octo bollas mellis, cum cera, vel octo solidos.

---

[1] Aldwin, Abbot of Ramsey, A.D. 1091–1102.

[2] Henry I.

[3] Reginald, Abbot of Ramsey, A.D. 1114–1133.

[4] Alberic de Vere created Great Chamberlain of England by King Henry I.; slain in a tumult by the Londoners in the year 1140.

[5] *pondera*] pondus, MS.

Sexies viginti et octodecim gallinas ad tria festa, scilicet, ad Natale, ad Pascha, et ad festum Sancti Benedicti.

Et duo mille et trescenta ova, et[1] quatuordecim aucas ad prædicta festa.

Ad Natale unus discus butiri, vel duos denarios.

Similiter ad Pascha, et ad festum Sancti Benedicti.

Item ad Natale octo cumulos casei recentis.

Similiter ad Pascha, et ad festum Sancti Benedicti, vel duodecim solidos.

Hos cumulos debet ovecarius ponere, secundum quod emit in mercato, et aliquantulum largius.

Ad festum Sancti Martini viginti fressinges bonas, ad electionem cocorum, et Magistri Aulæ, vel sexaginta et sex solidos, et octo denarios, et unam tinam butiri.

Ad Quadragesimam unum mille allecium,[2] vel dimidiam marcam.

Ad Pascha duos agnos optimos, ad placitum celerarii, et tresdecim ad faldam suam restaurandam, vel quatuor solidos, decem denarios.

Ad festum Sancti Benedicti quatuor verveces, ad electionem cocorum, vel sex solidos, octo denarios.

Et dimidium karcosium vaccæ, vel duos solidos.

Et unam tinam butiri.

Et octo denarios in bracino, ad luminare, et mercedem servientium.

Et decem denarios in sartrino, ad saponem et filum.

Et unam acram frumenti ad Mandatum,[3] in Cœna Domini.

Et pro stipendiis famulorum curiæ, [ ][4] acras frumenti, et [ ][4] acras avenæ.

Reddit etiam foragium et fenum de aliquibus prædictarum firmarum, sicut superius continetur.

Insula etiam Rameseiæ, cum Hegmungrave, piscaria de Well[es], et cum omnibus maris et piscariis circumjacentibus, assignavit ad celerarium, ad utensilia invenienda et emendanda in refectorio, videlicet, ciphos, mappulas, justas, et cætera; in pistrino et bracino, patellas, ollas, et cætera utensilia.

---

[1] *et . . . aucas*] interlined in MS.

[2] *allecium*] interlined in MS.

[3] This illustrates and explains the expression "Maunde acres" used in the Shitlington extent, (Vol. I. p. 458). The ceremonies of the "Mandatum" observed in the Catholic Church on Maundy Thursday are fully described in the missal under *Feria v. in Cœna Domini.*

[4] Blank in MS.

Si autem contigerit firmas conventus, in plena solutione antiquæ consuetudinis, sustinere defectum, Abbas, de camera sua, earum, quotienscunque necesse fuerit, debet adhibere supplementum.

DLXXXVIII.

f. cc. xvii. b.

Gene[a]logia[1] *Comitis Ailwyni.*

Fuit in diebus Ethelstani Regis quidam Dux Orientalium Anglorum, Ethelstanus halfkineg, id est, semi rex. Genealogy of Earl Ailwyn.

Hic desponsavit uxorem, Alfwen nomine, quæ postea nutrivit et educavit Regem Edgarum.

Qui postmodum, sorte hereditaria,[2] totius Angliæ regimine suscepto, eidem Alfwen nutrici suæ non ingratus, villam, quæ vocatur Weston', dedit, quam illa postea Ramesiensi ecclesiæ, pro ejus anima, donavit.

Iste Dux Ethelstanus genuit ex Alfwen uxore sua quatuor filios, primus Ethelwoldus, secundus Alfwoldus, tertius Ethelsinus, quartus Ailwinus, postea fundator Rameseiæ.

Horum pater, prænominatus Dux Ethelstanus, sagaci providentia mundum deludens, antequam deluderetur a mundo, monachus factus est Glastoniæ.

Tandemque prædictos novellos fecundæ[3] vitis quatuor palmites in sortis suæ hereditariæ et morum successionem relinquens, ibidem et vitæ[4] finem sortitus est, et sepulcrum.

Perseveravit autem vir iste Christianissimus ab Ethelstano Rege usque ad nepotem ipsius ex fratre Edmundo, illustrem Regem Edgarum, quatuor Regum tempora complens.[5]

Obits of Ramsey Abbey.

DLXXXIX.

A.D. 969. S. Oswald and Duke Ailwin build Ramsey Abbey.

Anno[1] Domini nongentesimo sexagesimo nono, Sanctus Oswaldus, et Dux Ailwynus, Rameseiam construxerunt.

A.D. 977. Ethelfleda the Countess.

Anno nongentesimo septuagesimo septimo, obiit Ethelfleda Comitissa, uxor Ailwyni prima; quæ dedit nobis Saltreiam.

---

[1] Printed also in Dugdale's Monasticon, Vol. II. p. 554.

[2] *hereditaria*] hereditarie, MS.

[3] *fecundæ*] fecundi, MS.

[4] *et* has been written in the MS. after *vitæ*, but is almost totally erased.

[5] *complens*] conplens, MS.

A.D. 981. Ethelwold the Earl.

Anno nongentesimo octogesimo primo, obiit Ethelwoldus[1] Comes, frater Ailwini.

Et sepultus est apud Rameseiam.

A.D. 983. Alfwen, mother of Earl Ailwin.

Anno nongentesimo octogesimo tertio, obiit Alfwen, mater Comitis Ailwini, quæ dedit Weston'.

Et sepulta est apud Chateric'.

A.D. 985. Ethelgiva, second wife of Ailwin.

Anno nongentesimo octogesimo quinto, obiit Ethelgiva, uxor Ailwini secunda, quæ dedit nobis Stowe et Brune.

Comes vero Ailwinus trigamus fuit, prima Ethelfleda, secunda Ethelfgiva, tertia Wlgiva.

A.D. 986. Ethelstan Manesune.

Anno nongentesimo octogesimo sexto, obiit Ethelstan Manesune, qni dedit Chateriz et Clopham, Gravele, Weresle, Ellesworth'.

Et apud Rameseiam sepelitur.

Ethelsin, brother of Ailwin.

Et anno sequenti obiit Ethelsinus frater Ailwini.

Et sepultus est apud Rameseiam.

A.D. 988. S. Dunstan.

Anno nongentesimo octogesimo octavo, obiit Sanctus Dunstanus, qui dedit nobis Wardebois.

Alfelin.

Et anno sequenti obiit Alfelinus, qui dedit terram de Ecclẏe et de Potton.

Et sepultus est apud Rameseiam.

A.D. 990. Alfwold the Earl, Ailwin's brother.

Anno nongentesimo nonagesimo, obiit Alfwoldus[2] Comes, frater Ailwini, qui dedit Rameseiæ Hocton' et Witton', Ripton' cum Wenigton', Bithern' cum Elinton'.

Et Rameseiæ sepelitur.

A.D. 993. S. Oswald and Earl Ailwin.

Anno nongentesimo nonagesimo tertio, obiit Sanctus Oswaldus. Et eodem anno Comes Ailwinus.

A.D. 994. Wlgiva the Countess, third wife of Ailwin.

Anno nongentesimo nonagesimo quarto, obiit Wlgiva Comitissa, uxor Ailwyni tertia, quæ dedit Brancestr' ad pellicias monachorum.

Et Rameseiæ sepelitur.

---

[1] *Ethelwoldus*] At first written *Alfwoldus* but afterwards altered.

[2] *Alfwoldus*] At first written *Ethelwoldus*, but afterwards altered.

Anno nongentesimo nonagesimo septimo, obiit Ethelfelda Comitissa, uxor Ethelwoldi fratris Ailwyni, quæ contulit Rameseiæ multa beneficia. A.D. 997. Ethelfelda the Countess.

Et ibidem sepelitur in parvo locutorio.

Anno nongentesimo nonagesimo octavo, obiit Ailwinus niger, qui dedit Clopham, Gerdington', Kembeston', et Craunfeld'. A.D. 998. Ailwin the black.

Et Rameseiæ sepelitur.

Anno millesimo septimo, obiit Alfwara, quæ dedit Haliwell' et ecclesiam de Ellesuurth', cujus erat advocata, et terram de Burleya, et multa alia ornamenta. A.D. 1007. Alfwara.

Et sepulta est Rameseiæ.

Anno millesimo decimo tertio, obiit Godricus, qui fuit frater Ednoti, primi Abbatis Rameseiæ; qui dedit terram de Eyrington'. A.D. 1013. Godric.

Anno millesimo decimo nono, obiit Arnketel et Wlfron uxor sua, qui dederunt terram de Hikkeling' et de Kuldeton'. A.D. 1019. Arnketel and Wlfron.

Et sepeliuntur Rameseiæ.

Hiis patre et matre natus est Ethelstanus quartus abbas Rameseiæ.

Anno millesimo vicesimo secundo, obiit Alfwynus filius Briccy, qui apud Rameseiam comam deposuit. A.D. 1022. Alfwin, son of Bricius.

Iste dedit Laushull' et Halstede.

Anno millesimo vicesimo nono, obiit Brithnotus Comes, qui dedit Rameseiæ Wichinton' et Dodinton', in perpetuam elemosinam. A.D. 1029. Brithnot the Earl.

Anno millesimo quinquagesimo primo, obiit Jol. [de Lincolnia], qui dedit Querington', Sleford', et Cranewell'. A.D. 1051. Jol. of Lincoln.

Anno millesimo quinquagesimo quarto, obiit Wak' frater noster, qui dedit Withlismar'. A.D. 1054. Wak'.

Anno millesimo quinquagesimo sexto, obiit Leofwina, quæ dedit Stocton', Dilington', Gravele, et Gillinge, et unam crucem optimam. A.D. 1056. Leofwina.

Et sepulta est apud Rameseiam.

f. cc. xviii.

DXC.

Firmæ Conventus.

Farms of the convent of Ramsey Abbey.

Plenæ firmæ:
- Borewelle.
- Elleswrthe cum Cnapwelle.
- Slepe.
- Hougtone.
- Wardeboys.
- Riptone.
- Westone.
- Aillingtone.

Dimidiæ firmæ:
- Gravele.
- Haliwelle.

Tria quarteria:
- Therfelde.
- Wistowe.
- Upwode.

Celerarius percipit de qualibet plena firma, per unam talliam, quatuor libras, super talliam.

Et quatuor quarteria fabarum, decem pensas casei, vel quatuor libras; pretium pensæ, octo solidi.

Et decem pensas baconis, vel centum solidos; pretium pensæ decem solidi.

Item, per aliam talliam, pro fressing[is], sexaginta et sex solidos, et octo denarios.

Item, per tertiam talliam, pro butiro, sexdecim solidos, et quatuor denarios.

Et pro allec', sex solidos et octo denarios.

Pro frisco caseo, duodecim solidos.

Ex alia parte ejusdem talliæ, pro agnis, quatuor solidos, decem denarios.

Pro carne boum, duos solidos.

Et pro multon[ibus], sex solidos, octo denarios.

Item, per quartam talliam, duo mille et trecenta ova, quatuor aucas.

Et ex alia parte ejusdem, sexies viginti et octodecim gallinas.

De dimidia firma, per unam talliam, pro fressing[is], triginta et tres solidos, et quatuor denarios.

Item, per aliam talliam, duo quarteria fabarum, quinque pensas casei, quinque pensas baconis.

Ex alia parte ejusdem talliæ, super talliam, quadraginta solidos.

Item, per tertiam talliam, pro butiro, octo solidos, duos denarios.

Pro allec', tres solidos quatuor denarios.

Pro frisco caseo, sex solidos.

Ex alia parte ejusdem, pro agnis, duos solidos, quinque denarios.

Pro carne boum, duodecim solidos.

Pro multon[ibus], tres solidos, quatuor denarios.

Item, per quartam talliam, undecies centum, dimidium, ova, septem aucas.

Et ex alia parte ejusdem talliæ, sexaginta et novem gallinas.

De tertio quarterio, per unam talliam, pro fressing', quinquaginta solidos.

Et per aliam talliam, tria quarteria fabarum ; septem pensas duri casei, vel sexaginta solidos, pretium pensæ octo solidi; septem pensas dimidiam baconis, vel septuaginta et quinque solidos, pretium pensæ decem solidi.

Ex alia parte ejusdem talliæ, super talliam, sexaginta solidos.

Item, per tertiam talliam, pro butiro, duodecim solidos, tres denarios.

Pro allec' quinque solidos.

Pro frisco caseo, novem solidos.

Ex alia parte talliæ, pro agnis, tres solidos, septem denarios, obolum.

Pro carne boum, octodecim denarios.

Pro multon[ibus], quinque solidos.

Item, per quartam talliam, septemdecies centum, et viginti ova, undecim aucas.

Et ex alia parte talliæ, quinquies viginti, tres vel quatuor gallinas.

DXCI.

Maneria pertinentia ad cameram Abbatis.

Suthlingedon'; Cramfeld'; Bartona; Brancestr'; Ringstede; Holm; Depedale; Winebodesham; Dunham; Walsoene; Manors pertaining to the

Abbot's chamber. Helyngeia; Chateriz; Broctona; Hemingford'; Elington'; Riptona Regis; Salptreia; visum francii plegii; terra de Hirst'.

Hæc omnia maneria assignata sunt cameræ domini Abbatis, cui incumbit defendere ecclesiam in omnibus placitis undecunque emergentibus, tam in foro laicali, quam ecclesiastico, in omnibus officinis ecclesiæ nostræ spectantibus.

Similiter conventui, et omnibus supervenientibus, in pane et cervisia debet providere.

Si autem contigerit firmas, in plena solutione antiquæ consuetudinis, sustinere defectum, Abbas, de camera sua, earum, quotienscunque necesse fuerit, debet adhibere supplementum.

DXCII.

De fundatione Abbatiæ.

A.D. 969. Nov. 12. Ramsey Abbey founded. Anno[1] Domini nongentesimo sexagesimo nono, Ailwinus, Dux Orientalium Anglorum, instigante Oswaldo Eboracensi Archiepiscopo, fundavit monasterium Rameseiæ, duodecimo die Novembris.

A.D. 970. Et anno sequenti de Wigornia misit ibidem Ednotum, qui, emendata capella quam invenit, fecit officinas monachorum.

A.D. 972. Et quarto anno sequenti, videlicet, anno nongentesimo septuagesimo secundo, misit Oswaldus prædictus ibidem duodecim monachos de Westbiri.

A.D. 974. Et anno tertio sequenti, scilicet, nongentesimo septuagesimo quarto, Sanctus Dunstanus, Cantuariensis, et Oswaldus, Eboracensis, sexto Idus Novembris, primam ecclesiam Beatæ Mariæ et omnibus sanctis virginibus et Sancto Benedicto [consecraverunt].

Post cujus fundationem, tam Dux Ailwinus, quam Sanctus Oswoldus, vixerunt viginti quatuor annis.

A.D. 998. Et anno nongentesimo nonagesimo octavo[2], de hac vita temporali transierunt ad æternam; scilicet Sanctus Oswaldus secundo kalendas Martii, et Dux prædictus octavo kalendas Maii.

---

[1] Printed also in Dugdale's Monasticon, Vol. II. p. 554.

[2] *octavo*] *Query* secundo. See p. 171.

DXCIII.

f. cc. xviii. b.

De Abbatibus Rameseiæ.

The Abbots of Ramsey.

AEDNOTHUS PRIMUS ABBAS.

Iste venit Rameseiam, missus a Sancto Oswaldo[1] de Westbiry, quæ est cella Wigorniensis, anno nongentesimo septuagesimo Dominicæ Incarnationis.

A.D. 970. Aednoth sent from Westbury by S. Oswald.

Et[2] tertio anno sequenti, die decollationis Sancti Johannis, venit hic Sanctus Oswaldus, cum duodecim monachis de Westbiry, quos hic postea plantavit in prima ecclesia. Quæ dedicata fuit a Sanctis Dunstano Dorobernensi, et Oswaldo Eboracensi Archiepiscopo, post duos annos elapsos, scilicet Dominicæ Incarnationis nongentesimo septuagesimo quarto.[3]

A.D. 974, Aug. 29. S. Oswald comes from Westbury with twelve monks, and dedicates the church.

Et iste fuit Præpositus, id est, Prior Rameseiæ, per viginti duos annos usque ad annum nongentesimum nonagesimum secundum, quo anno obiit Comes Ailwinus.[4]

Aednoth, Prior of Ramsey. A.D. 992. Earl Ailwin dies.

---

[1] Abbot, and also Bishop of Worcester; translated in 972 to York, which he held until his death in 992.

[2] "Ramesiensis abbatiæ fuit "edificator Sanctus Oswaldus, "Eboracensis archiepiscopus, "cooperante Egelwino quodam "Orientalium Anglorum comite. "Laudabili liberalitate utrique "prædicabiles, sed maxime laicus, "qui hoc solo, quod vidisset "antistitem, cujusdam principis "inferias agentem, dulciter defixo "in solum lumine, ingenue illacri-"masse, adeo religione ipsius captus "est, ut ei omnia sua prona faceret. "Sancto ergo favore propensus, "cenobium illud opulentissime "construxit in palustri quadam "uligine situm." (William of Malmesbury, Gesta Pontificum Anglorum, ed. Hamilton, Chron. and Mem., p. 318.)

[3] Roger of Hoveden places this dedication under the year 991. "Sanctus Oswaldus archiepiscopus "monasterium Ramense, quod ipse, "et Dei amicus dux Orientalium "Anglorum Ethelwinus construxe-"rant, divino adjutus auxilio et "confortatus adminiculo, vi°. idus "Novembris, feria tertia dedicavit." (Chronica Magistri Rogeri de Houedene, Chron. and Mem., ed. Stubbs, Vol. I. p. 67.) This statement of Hoveden seems to be incorrect, for, as Dr. Stubbs remarks, the 8th Nov. 991 was Sunday, not Tuesday; and again even this date is eighteen years after 974, the year mentioned in the text.

[4] "Nec diu post excessum beati "patris Oswaldi, egregiæ dux

A.D. 993. Abbot Aednoth. Et sequenti anno electus est in Abbatem, et benedictus a Sancto Elphego.[1]

Wlfius, Prior. Et Wlfius factus est Prior.

A.D. 1008. Aednoth elected Bishop of Dorchester. Et iste fuit Abbas sexdecim annis, usque ad annum millesimum octavum, quo anno electus est in Episcopum Dorcastriæ.

A.D. 1016. Killed in the battle at Assandun. Et fuit Episcopus per octo annos, usque ad annum millesimum et decimum sextum, quo anno fuit occisus in guerra a Danis apud Essdonum, cum ibi esset ad[2] orandum pro exercitu Anglicano.

Et sic fuit Prior, Abbas, et Episcopus, per triginta et octo annos.

A.D. 1002. S. Ivo found at Slepe, and translated to Ramsey. Et anno istius in abbatia exeuntis nono, fuit inventio Sancti Ivonis[3] et sociorum ejus apud Slepe, et eodem anno translatio eorumdem sanctorum apud Ramesciam.

WLFSIUS ABBAS, primus post ipsum.

A.D. 1008. Abbot Wlfsius. Factus fuit Abbas anno millesimo octavo.

A.D. 1016. Killed by the Danes. Et fuit interfectus a Danis cum dicto Ednotho Episcopo, et Ethelwardo Duce, filio Ducis Ethelwini.

" memoriæ Ethelwinus, Dei amicus " defunctus est, et in Ramesege " honorifice sepultus." (Chronica Magistri de Houedene, Chron. and Mem., Vol. I. p. 67.) Hoveden places the death of S. Oswald under the year 992, " pridie kalendas Martii," thus agreeing with the date given in the text.

[1] Bishop of Winchester.

[2] *ad orandum*] ad adorandum, MS.

[3] S. Ivo was a bishop of Persia. Wearied of ease, he left his own see, and after long journeying, having adopted a disguise, sailed, with three companions to England, where, " in lutosa provintia," he spent the remainder of his life. The native inhabitants knew neither his name nor the place of his burial. But after the deaths of Oswald and Egelwine he appeared to a simple man in a vision, and describing the place of his burial, instructed the man to tell the Abbot of Ramsey who was to remove his body, and place it near the altar. The abbot was at first slow to believe, but being at length convinced, he opened the grave, and found the Saint's body. (William of Malmesbury, Gesta Pontificum Anglorum, ed. Hamilton, Chron. and Mem., pp. 319, 320.

" Eodemque anno " (A.D. MII.) " inventus est non procul a cœnobio " Rameseiæ Sanctus Yvo, cujus " inventionem cum non reverenter " acceptasset abbas Rameseiæ, " graviter punitus est." (Matthew Paris, Chronica Majora, ed. Luard, Chron. and Mem., Vol. I. p. 480.)

Et eodem anno quo interfecti fuerunt, Ethericus, monachus Rameseiæ, factus est Episcopus Dorcastriæ, et vixit in episcopatu annis novemdecim.

Etheric, a monk of Ramsey, made Bishop of Dorchester.

Iste episcopus multa maneria et bona contulit ecclesiæ Rameseiæ, et ibidem sepelitur juxta cornu magni altaris.

Buried at Ramsey by the high altar.

Fuitque Abbas octo annis.

Withmannus abbas.

A.D. 1016. Abbot Withman.

Iste suscepit abbatiam anno millesimo decimo sexto.

Hujus tempore translatum est regnum de Anglis ad Dacos, scilicet de Ethelredo, post mortem ejus, ad Cnutonem, electum ab Anglis.

Cnut elected King.

Fuitque Abbas per tres annos.

Et quarto anno, peregre profectus est in Jerusalem, et rediens anno sequenti, invenit Ethelstanum Abbatem, cui voluit Ethelstanus cedere. Sed ipse noluit, sed elegit vitam solitariam apud Northeye, et ibi vixit plusquam viginti sex annos.

Withman goes to Jerusalem; and on his return finds Ethelstan made Abbot. Resigns, and lives as a solitary at Northeye.

Cujus tempore Sanctus Edwardus, Rex et Confessor, filius Ethelredi Regis ex Emma, instinctu ipsius Withmanni, dedit ecclesiæ Rameseiæ, Ringstede, cum omni libertate, et omni maris ejectu quod wrec appellatur; et Oswaldi monachi secum commorantis nepotis Sancti Osuualdi, Winebodesham cum hundredo et dimidio, et sexaginta socamannis, et forum de Dunham, cum omnibus libertatibus suis.

A.D. 1047. King Edward gives Ringstead, Wimbotsham, and Downham to Ramsey Abbey.

Et hæc donatio facta fuit anno millesimo quadragesimo septimo.

Ethelstanus Abbas.

A.D. 1020. Abbot Ethelstan.

Iste suscepit abbatiam anno millesimo vicesimo.

Et sub isto Ednothus secundus, sive junior, electus est in Episcopum Dorcastriæ, scilicet anno Domini millesimo trecentesimo quarto, et vixit in episcopatu per sexdecim annos.

A.D. 1034. Ednoth the second elected Bishop of Dorchester.

Iste fuit Abbas viginti et tres annis, scilicet usque ad annum Domini millesimum quadragesimum tertium, et in ecclesia occisus est in vigilia Sancti Michaelis a quodam Hibernico.

A.D. 1043. Ethelstan killed by an Irishman.

A.D. 1026. Bishop Etheric brings the relics of S. Felix to Ramsey.

Tempore istius Abbatis, Ethericus, Episcopus Dorcascestriæ, Sanctum Felicem[1] de Seham usque Rameseiam cum honore fecit transferri, scilicet anno millesimo vicesimo sexto.

A.D. 1043. Abbot Alfwin.

Alfwinus Abbas.

Suscepit abbatiam anno millesimo quadragesimo tertio.

Et fuit Abbas triginta et sex annis.[2]

A.D. 1067. Arrival of William Bastard in England.

Et hujus tempore venit Willelmus Bastard in Angliam, scilicet anno Domini millesimo sexagesimo septimo.

Ailward the golden bishop dies.

Et eodem anno obiit Ailwardus,[3] aureus Episcopus.

A.D. 1080. Abbot Ailsin.

Aielsinus Abbas.

Suscepit abbatiam anno millesimo octogesimo.

Et fuit Abbas per octo annos.

Revelation of the Feast of the Conception of the Blessed Virgin.

Et eidem revelatum fuit in mari, quod festum Conceptionis Sanctæ Mariæ celebraretur.

Et per ipsum primo fuit inventum.

Herbertus Abbas.

A.D. 1087. Abbot Herbert.

Factus fuit anno millesimo octogesimo septimo.

Fuitque Abbas per quatuor annos.

Made Bishop of Norwich.

Postea factus est Episcopus Norwicensis.

Et vixit ibidem viginti et novem annis.

Transfers the see from Elmham to Norwich.

Iste transtulit sedem episcopalem de Elmham usque Norwicum.

Aldwinus Abbas.

A.D. 1091. Abbot Aldwin.

Suscepit abbatiam anno millesimo nonagesimo primo.

Iste fecit assisas Rameseiæ.

Held the abbey for eleven years.

Et tenuit abbatiam per undecim annos.

---

[1] Felix, the first Bishop of East Anglia, A.D. 630–647. Malmesbury (Gesta Pontificum Anglorum, p. 319) says "Quapropter Comes "provintiæ Egeluuinus de obscura "levatos ecclesia celebri pompa "Rameseiam perduxit."

[2] The Waverley Annals say that he was sent by Edward the Confessor to the Council which was held at Rheims in the year 1049. (Annales Monastici, Vol. II. p. 182.)

[3] Ælfward, Bishop of London, and also Abbot of Evesham, died July 1044 or 1046. (Le Neve, Vol. II. p. 280.)

Et tunc depositus est in Concilio[1] a Sancto Anselmo, Cantuariensi Archiepiscopo, cum Ricardo Abbate Eliensi, et Godrico Burgensi. A.D. 1102. Deposed in council by Archbishop Anselm.

Et permansit depositus quinque annis.

Et factus est, post depositionem per Regem, Bernardus, monachus de Sancto Albano, Abbas Rameseiæ. Bernard, monk of S. Alban's, made Abbot.

Et post quinque annos recuperavit abbatiam, et tenuit eam per quatuor annos. Aldwin recovers the abbey after five years.

Et mortuus est. His death.

Et vacavit abbatia per annum et plus. The abbey vacant for a year.

Cujus tempore, post reassumptionem abbatiæ, scilicet, anno millesimo nonagesimo nono, Rex Anglorum Henricus abbatiam Eliensem ad episcopalem mutavit sedem, et Herveum Bancorniensem Episcopum eidem ecclesiæ præfecit.[2] A.D. 1099. Ely Abbey made an episcopal see, and Hervey, Bishop of Bangor, made Bishop.

Bernardus Abbas.

Abbot Bernard.

Iste fuit Abbas per quinque annos, dum Aldwinus esset depositus. His death.

Et mortuus est.

Reginaldus.

A.D. 1114. Abbot Reginald.

Abbas factus est anno millesimo centesimo decimo quarto. Begins the new church.

Et elapsis duobus annis incepit edificare novam ecclesiam, in quam intravit conventus post septem annos, scilicet, anno millesimo centesimo vicesimo tertio. A.D. 1123. The convent enters the church.

Fuitque Abbas sexdecim annis. The Abbot dies.

Et mortuus est.

---

[1] This Council was held at Westminster on September 29, 1102, against simony and on discipline. The Abbot of Ramsey was deposed for simony. (Malmesbury, Gesta Pontificum Anglorum, p. 119.)

[2] "Quid memorem Aldvinum "dominum meum Abbatem Ra"meseiæ, et successorem ejus "Bernardum, et postea Reinaldum "virum callidum sed inclementem, "nunc Walterum virum elegantem? "Et hii, ubi sunt?" See Henry of Huntingdon, Epistola ad Walterum, De Mundi Contemptu. (Wharton's Anglia Sacra, Vol. II. p. 701.) This epistle is translated in the supplement to Bentham's History of Ely, App. p.* 29.

A.D. 1133. Abbot Walter.

Walterus.

Abbas factus est anno millesimo centesimo tricesimo tertio.

The monks expelled by Geoffrey de Mandeville.

Iste fuit Abbas viginti septem annis.

Et post decem annos susceptæ abbatiæ, expulsi sunt monachi Rameseiæ per Galfridum Maundeville, Comitem Essexiæ.[1]

Abbot William.

Willelmus Abbas.

A.D. 1162. S. Thomas made Archbishop of Canterbury.

Hujus tempore Sanctus Thomas factus est Archiepiscopus Cantuariensis, scilicet, anno Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo.

Walter, Prior of Ramsey, made Abbot of Thorney.

Et anno sequenti Walterus, Prior Rameseiæ, factus est Abbas Thorneye.

Iste Abbas Willelmus Rameseiæ rexit abbatiam de Rameseia sexdecim annis.[2]

A.D. 1177. William elected Abbot of Cluny.

Et tunc in Abbatem Cluniacensem electus est, videlicet, anno millesimo centesimo septuagesimo septimo.[3]

Et anno sequenti recessit a Rameseia, et vixit ibidem duobus annis.

The Abbey vacant two years.

Et vacavit abbatia Rameseiæ duobus annis.

Robertus Trianel.

A.D. 1180. Abbot Robert Trianel.

Factus fuit Abbas anno millesimo centesimo octogesimo.

Iste fuit Prior Sancti Andreæ Norhamptoniæ.

---

[1] A.D. 1143. "Possessionibus "igitur carens consul prædictus "invasit abbatiam Sancti Benedicti "de Rameseya, et monachis "expulsis raptores immisit, et "ecclesiam Dei speluncam fecit "latronum." (Chronica Magistri Rogeri de Houedene, ed. Stubbs, Vol. I. p. 206; Memoriale Walteri de Coventria, ed. Stubbs, Vol. I. p. 171.)

[2] Abbot William was present at a Council held by the Archbishop of Canterbury at Westminster, on May 18, 1175. See Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbas, (Chron. and Mem.) Vol. I. p. 84.

[3] "Willelmus, Abbas Ramesiensis, Cluniacensium curam suscipere "detrectans multis diebus, ad "ultimum adquievit, ditiorem non "ambiens abbatiam, nisi quod "hæc cujus erat collocandus in "sede, dum abbatias plures suæ "subici noverit dispositioni, quan- "dam ex hoc sibi vendicet "prærogativam, ut prælatus Clu- "niacensis non abbas solummodo "nominandus sit, sed archiabbas." Ralph de Diceto (Chron. and Mem.), Vol. I. p. 424. Diceto places this in the year 1178, as also do the Tewkesbury and Winchester Annals (Annales Monastici, Vol. I. p. 52 and Vol. II. p. 61).

Fuitque Abbas viginti annis.

Et mortuus est. His death.

Hujus tempore, scilicet, anno millesimo centesimo octogesimo sexto, Radulphus, Prior Rameseiæ, factus est Abbas Sancti Benedicti de Hulmo. A.D. 1186. Ralph, Prior of Ramsey, made Abbot of S. Bennet of Hulme.

Item tempore istius, scilicet, anno millesimo centesimo nonagesimo secundo, ossa Sanctorum, Sancti Felicis, Ethelredi, ac Ethelbrithi, in feretris sunt collata. A.D. 1192. The bones of S. Felix and other saints placed in shrines.

Eudo Abbas.

A.D. 1200. Abbot Eudo.

Iste factus fuit Abbas [anno] millesimo ducentesimo.

Et fuit Prior Burgi. Prior of Peterborough.

Vixit per unum annum.[1]

Et eodem anno Acarius, Prior Sancti Albani, factus est Abbas Burgi. Acarius, Prior of S. Alban's, made Abbot of Peterborough.

Item anno antedicto obiit Sanctus Hugo, Lincolniensis Episcopus. Death of S. Hugh, Bishop of Lincoln.

Robertus de Redinges.

A.D. 1202.

Factus est Abbas Rameseiæ anno millesimo ducentesimo secundo, ad instantiam Johannis de Grey,[2] Cancellarii Angliæ, postea Episcopi Norwicensis. Abbot Robert de Redinges.

Fuit Abbas per quinque annos,[3] et resignavit baculum suum pastoralem in manus Willelmi Lincolniensis. Resigns his pastoral staff.

Habuitque pro sustentatione sua manerium de Cranfeld. Cranfield assigned to him.

Hujus tempore Cantuariensis Archiepiscopus constituit tres monachos receptores omnium proventuum hujus monasterii. The Archbishop of Canterbury appoints receivers.

Et ab hoc anno vacavit monasterium sine abbate per septem annos sequentes. The Abbey vacant for seven years.

---

[1] His death was about June 24, 1201. See ante, p. 10, note.

[2] John de Grey was consecrated Bishop of Norwich on September 24, 1200. (Le Neve, Fasti, Vol. II. p. 460.)

[3] The King accepted his resignation on April 3, 1206. See ante, p. 11, note.

A.D. 1207. The church of S. Ives burnt.

Et proximo anno suæ cessionis combusta est ecclesia prioratus Sancti Ivonis, cum officinis suis, scilicet anno millesimo ducentesimo septimo.

Death of the Abbot.

Mortuus est apud Redinges.[1]

King John holds the Abbey for seven years.

Et Rex Johannes tenuit abbatiam in manu sua per septem annos, pro eo quod monachi Rameseiæ, ad præceptum suum, noluerunt eligere in Abbatem, Priorem de Frontona.

A.D. 1214.

Ricardus, Abbas de Selby.

Abbot Richard.

Electus[2] est in abbatem Rameseiæ, anno millesimo ducentesimo decimo quarto, procurante Nicholao Tuscalenensi Episcopo, Cardinali et Legato.[3]

The interdict withdrawn.

Et eodem anno relaxatum est interdictum in Anglia per dictum Legatum.

The Abbots of Westminster, Evesham and Bardney deposed.

Item eodem anno idem Nicholaus Legatus deposuit Abbates Westmonasterii, Evesham, et Bardeney, et substituti sunt per eundem, Prior Fronton' apud Westmonasterium, Prior Wygorniæ apud Evesham, Prior de Lenton' apud Bardeney.

Ramsey church despoiled.

Et anno sequenti fuit ecclesia Rameseiæ spoliata multis divitiis.

Ex vixit per duos annos.

A.D. 1216. Abbot Hugh Foliot.

Hugo Foliot, Prior Rameselæ.

Factus est Abbas anno millesimo ducentesimo decimo sexto.[4]

---

[1] The Dunstable Annals say that he died in 1208. (Annales Monastici, Vol. III. p. 31.)

[4] *Natale*] Nathale, MS.

Willelmus unam toftam pro eodem servitio.
Galfridus unam toftam eodem servitio.
Erwardus unam toftam pro eodem servitio.
Symon unam toftam pro eodem servitio.
Radulfus unam toftam eodem servitio.
Genitas unam toftam eodem servitio.
Swein unam toftam eodem servitio.
Radulfus duas toftas. Pro utraque facit idem servitium.
Ingeram unam toftam pro eodem servitio.
Robertus unam toftam eodem servitio.
Radulfus unam toftam eodem servitio.
Andreas unam toftam eodem servitio.
Andreas et Willelmus unam toftam eodem servitio.
Matilda Sanctimonialis unam toftam eodem servitio.
Robertus Rex unam toftam eodem servitio.

Willelmus Acreman tenet acremanelandam. Et servat carrucam Abbatis; et debet, una vice infra viginti dies, habere carrucam Abbatis.

Willelmus tenet unam acremanland pro eodem servitio.

Uterque istorum, si non servat carrucam Abbatis, debet facere sicut ille qui tenet unam cotlandiam.

Antonius habet quatuor acremanlandas in manu sua.
Robertus, nativus Abbatis, est apud Machesiam.
Willelmus est apud Stivecleiam.
Robertus filius Willelmi est apud Huntedunam.
Reginaldus filius Ingeram est apud Sumeresham.

DCXLVIII.

[*Æthelingtuna.*]

Apud Æthelingtunam fuerunt in tempore Henrici Regis, et adhuc sunt, decem hidæ et dimidia, quæque de quinque virgis. Et reddebat in diebus illis plenam firmam in omnibus, et decem libras ad cameram Abbatis. **Extent of Athelingtuna.**

Cum hoc instauramento, de quinque aratris, quodque eorum de octo bobus; quisque quadraginta denariis. Et decem vaccis et uno tauro, ejus pretii. Et ovibus centum sexaginta. Et duobus equis occatoribus. Et centum porcis.

De feudis liberis, Reinerus filius Ædnothi, in tempore Henrici Regis, habuit tres virgatas liberas, pro quibus sequebatur comitatum et hundredum.

Thuri Presbiter habuit duas virgatas, et sequebatur comitatum et hundredum. Et ecclesiæ adjacebant decem acræ et una tofta pro octo denariis. f. 32 b.

Eaduuardus, pater Jordani, habuit unam virgatam et dimidiam. Et sequebatur comitatum et hundredum. Et arabat dimidiam acram omni die Veneris; et occabat. Et dabat duos solidos ad censum; et tresdecim denarios ad heusire.

Quam terram tenet modo Jordanus, filius ejus, pro eodem servitio, excepto quod reddit duodecim denarios amplius.

Blundel, avus Gileberti, habuit unam virgatam et dimidiam pro eodem servitio.

Et Gilebertus, filius filii ejus, modo tenet eandam terram eodem modo.

Prædictus Blundel tunc tenuit etiam aliam virgatam, et unam dimidiam, pro septem solidis, quam Ricardus filius ejus habet nunc eodem modo.

Gilebertus Præpositus tenuit tunc, et modo tenet, similiter, unam virgatam pro sex solidis, et pro arura sex acrarum.

Et aliam virgatam pro septem solidis.

Turoldus Presbiter tenuit unam virgatam pro sex solidis, et fuit liber ab omni opere[1] [et] servitio.

Et Reinaldus, frater Roberti Clerici, habet eodem modo eandem terram pro septem solidis, et est liber.

Gisle Vidua habuit tunc, et habet adhuc, unam virgatam pro sex solidis, et pro arura sex acrarum.

Molendinum, cum una virgata, et cum sex acris et dimidia, dabat antiquitus quadraginta solidos. Et firmarius habuit tunc in anno pastum suum de eo.

Alanus Ruffus, ex donatione Willelmi Abbatis,[2] habet duas croftas pro quatuor solidis; et unam virgatam, quæ fuit cujusdam hominis, nomine Dac, pro quatuor solidis.

In diebus Henrici Regis[3] fuerunt in ipsa villa triginta quinque virgatæ ad opus, et octo terræ bovariorum, et una porcarii, et una oppilionis, quæ fuerunt de dominio. Modo autem non sunt ibi nisi viginti et octo virgatæ et dimidia ad opus.

Et hoc est opus et servitium unius virgatæ:—

Operatur duobus diebus in hebdomada, et tertia arat. A festo Sancti Michaelis[4] usque ad caput Augusti, excepto Natali,[5] et Pascha, et Pentecoste; et a capite Augusti usque ad festum Sanctæ Mariæ; operatur tribus diebus. Et a Nativitate Sanctæ Mariæ usque ad festum Sancti Michaelis tota hebdomada operatur præter Sabbatum. Et in hieme[6] arat di-

[1] *opere et servitio*] Most likely the correct reading. See below, "Et "hoc est opus et servitium unius "virgatæ."

[2] William, abbot of Ramsey 1160, abbot of Cluny 1177.

[3] Henry I.

[4] *Michaelis*] Micahelis, MS.

[5] *Natali*] Nathali, MS.

[6] *hieme*] yeme, MS.

midiam acram, et seminat eam cum semine suo; et occat, et metit ipsam, et aliam dimidiam acram in Augusto; et colligit, et ducit ad curiam, cum custamento suo. Et facit duas mittas brasii de blado domini, et sextam partem unius millæ. Dat prebendæ; et tresdecim denarios ad heusire; et quatuor denarios in die Sancti Michaelis; et unum obolum[1] ad lanam. Et averabit; si vadit extra comitatum, quietus erit ab opere tota hebdomada, præter aruram. Et in Augusto dat unam carratam lignorum; et unum onus clausturæ; et duas carratatas bladi ducet in Augusto. Et de quinque virgatis quatuor denarios ad pisces; et de duabus virgatis unam carratam de opertorio; et cooperient. f. 33.

Quando vannarius evenerit illuc, omnes venient ad curiam, excutere bladum, de die in diem, ad faciendum firmam. Et si glaciei duritia tanta fuerit in hieme,[2] ut non possit arare, operabitur die Veneris pro arura. Et quando firmarius facit preces suas in Augusto, veniet cum tota familia sua, et erit ad cibum firmarii.

Post mortem Henrici Regis, Radulfus de Asekirche accepit ab Abbate Waltero[3] unam virgatam pro sex solidis, quæ fuit ante ad opus.

Ricardus filius Reinaldi duas virgatas, quas Thuri Presbiter tenuit.

Franceis unam virgatam pro sex solidis, et pro arura sex acrarum.

Gaufridus de Walsocne unam virgatam pro sex solidis, et pro arura totidem acrarum.

Gilebertus de Neutune unam virgatam pro sex solidis et pro arura totidem acrarum.

Gilebertus de Loituna unam virgatam, et unam toftam, pro sex solidis, et arat omni die Veneris. Et occat; et unam rodam pro quatuor denariis.

Godwinus Albus unam virgatam pro quinque solidis, et pro arura trium acrarum.

Hæc instauramenta fuerunt[4] in curia Æthelintuna:—

Quatuor aratra de viginti quatuor bobus, et octo equis; et decem vaccæ. Quisque boum et equorum quatuor solidorum.

---

[1] *obolum*] obulum, MS.

[2] *hieme*] yeme, MS.

[3] Henry I. died 1 Dec. 1135. Walter became abbot in 1133, and sat for 27 years. This grant to Radulfus de Asekirche must have been made between the years 1135 and 1161.

[4] *fuerunt*] *fuerunt modo* in MS., but the word *modo* is struck through. Probably the scribe

Quæque vaccarum quadraginta denariorum. Et octies viginti oves. Et viginti sex porci perannati, et viginti quatuor porcelli. Et sexdecim galli suboncrati. Et cum hoc instauramento reddit modo plenam firmam. Et decem libras in denariis. Cum
f. 33 b. molendino, quod dat centum solidos.

Quidam Willelmus habet dimidiam acram pro duobus denariis.
Magister Radulfus unam acram de dominio.
Homines [de]Alitona dant septemdecim denarios pro una crofta.

Et hæc est summa census de Alitona; sex libræ, præter viginti octo virgatas[1] terræ, quæ sunt ad operationem, et dimidiam virgatam.

Robertus frater Turkildi tenet acram terræ pro sexdecim denariis.

De tresdecim acrelandis, sex meliores reddunt octodecim solidos, et quæque de septem dat viginti denarios.

Duæ toftæ pro octodecim denariis, quas Ketelbernus et viduæ tenent.

Walterus pro una tofta quindecim denarios.
Et quædam vidua sex denarios.
Et Thomas duodecim denarios.
Et Hestida duodecim denarios.
Et Radulfus duodecim denarios.
Et Rogerus octodecim denarios.
Et Hurri duodecim denarios.
Et Huredus duodecim denarios.
Et Ailsueda duodecim denarios.
Robertus duodecim denarios.
Galfridus Sutor duodecim denarios.
Et Siwaldus duodecim denarios.
Et alius Thomas duodecim denarios.

Eadwardus duodecim acras in lanss[ettagio] pro novem denariis et obolo.[2]

Galfridus duodecim acras in lanssettagio, pro novem denariis et obolo;[2] et duodecim acras de dominio, pro duodecim denariis; et oves suas pro octo denariis.

---

intended to write *sunt modo*, as the stock here enumerated is evidently that which was found at Æthelingtuna at the time. The stock, tempore Regis Henrici is described above, p. 261.

[1] *virgatas*] virgatis, MS.

[2] *obolo*] obulo, MS.

DCXLXIX.

[*Bramcestre, cum Depedale et Burnham.*]

Bramcestre cum Depedale, et cum terra de Burnham, in tempore Henrici Regis,[1] defendebat erga Ramesiam per decem hidas. Extent of Brancaster, Depedale and Burnham.

Item fuerunt in curia tres carrucæ, quæque de quatuor bobus et tribus equis. Quisque boum trium solidorum, et equorum quadraginta denariorum.

Et inter omnes greges ovium fuerunt decem et viginti octo matres oves, per sexcies viginti; et ducentæ et novemdecim hostages; et centum et decem, inter arietes et verveces; quodque omnium capitum ad pretium sex denariorum.

Et unus equus occator. Et octo porci perannati.

Et cum isto instauramento reddebat villa ipsa tunc viginti quinque libras.

Cnutus, avus Petri, tenebat terram suam libere in tempore Regis Henrici,[1] et sequebatur comitatum et hundredum, et fuit quietus ab omni servitio. Et modo tenet Petrus eandem terram, et facit similiter. Ille solus liber est. f. 34.

Eadwinus de Depedale tenuit in diebus Regis Henrici,[1] et nunc tenet, quadraginta octo acras, cum quadam terra locata, pro septem solidis; et operatur duobus diebus in Augusto per hebdomadam. Et tenet unum mariscum, qui solebat dare octo denarios, et dat. Et habet faldam.

Willelmus de Depedale, cum marisco et terra locata, tenet terram suam reliquam pro duodecim solidis. Et habet faldam.

Willelmus Leuald tenet in landsetagio duodecim acras pro novem denariis et obolo.[2]

Syricus tenet sexdecim acras in landsetagio, et habet faldam, pro viginti sex denariis. Et duodecim acras pro duodecim denariis.

Alfricus tenet sexdecim acras in landsetagio pro quatuordecim denariis.

Godricus Peregrinus viginti quatuor acras in landsetagio; et oves suas, ubi vult, locabit; pro duobus solidis.

Alfeld habet quinque acras in landsetagio, pro quatuor denariis et obolo.[2]

Oswinus sexdecim acras in landsetagio, et oves suas, pro octodecim denariis.

Willelmus frater Godrici triginta duas acras in landsetagio, cum falda sua, pro quatuor solidis. Et pro manso suo, quod est de dominio, dat duos denarios.

---

[1] Henry I.

[2] *obolo*] obulo, MS.

Matildis octodecim acras in landsetagio, pro octodecim denarios. Et sedet in dominio.

Dersius duodecim acras, et oves suas, pro duobus solidis. Et quietus ab omni servitio.

Wlueua vidua duodecim acras, quæ fuerunt in lansetagio, et duodecim acras in dominio, pro quatuor solidis. Et facit preces firmarii cum aratro suo.

Reinaldus de Brancestria tenet viginti quatuor acras in landsetagio pro novemdecim denariis. Et duodecim acras de novo, unam de donatione Willelmi Abbatis, pro duobus solidis.

Edwardus viginti quatuor acras in landsetagio, pro novemdecim denariis.

Radbodus duodecim acras in lansetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Cnutus similiter.

Guthmarus filius Lithwini similiter.

Liueua viginti quatuor acras in landsetagio, et unam acram de dominio, pro uno denario.

Alueua duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis
f. 34 b. et obolo.[1]

Guthmarus croftam, et unam acram, pro quatuor denariis. Et operatur.

Radulfus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Radulfus Pullus similiter.

Alstanus tenebat, in tempore Regis Henrici,[2] viginti quatuor acras in landsetagio pro novemdecim denariis. Et faldam habebat pro triginta duobus denariis. Et modo tenet Simon Clericus eandem terram, cum falda sua, et duodecim acras de dominio, pro quinque solidis. Et est quietus ab omni opere, excepta prece de aratro.

Guthmarus Clericus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Uluus Bunting similiter.

Aschetil similiter. Et præterea quatuor acras de dominio, pro quatuor denariis.

Baldegiva duodecim acras in lansetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Thurstanus viginti quatuor acras in lansetagio, pro novemdecim denariis.

Alstanus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Boselinus Curmegen similiter.

---

[1] *obolo*] obulo, MS.

[2] Henry I.

Boselinus filius Wlfgeti, in landsetagio, viginti quatuor acras, pro novemdecim denariis.

Ailmarus et Lefwarus tenent duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1] Quarum undecim sunt de dominio.

Gaufridus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Ulfketelus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Wlfgetus similiter. Et duodecim alias acras de dominio, pro novem denariis et obolo;[1] et operatur pro eis.

Alviva dimidiam acram de dominio, pro tribus denariis.

Rogerus unam acram et dimidiam de dominio, pro quatuor denariis; et duodecim acras, quæ fuerunt in landsetagio, pro duodecim denariis.

Hugo Pseudo Archidiaconus[2] viginti quatuor acras pro quatuor solidis. Quarum duodecim fuerunt antiquitus in landsetagio, et reliquæ duodecím de dominio. Et est quietus ab omni servitio, excepta prece de aratro.

Clemens Presbiter duodecim acras, et unam croftam, quæ fuerunt antiquitus in landsetagio, pro sexdecim denariis; et duodecim acras de dominio, pro duobus solidis; et faldam suam pro octodecim denariis.

Alueua, uxor Ricardi, quadraginta octo acras in landsetagio, cum falda sua, pro septem solidis, pro omni servitio, excepto aratro. f. 35.

Ulfketelus duodecim acras in landsetagio pro novem denariis et obolo.[1]

Godwinus viginti quatuor acras in landsetagio pro novemdecim denariis.

Lefwinus viginti quatuor acras in lansetagio, pro viginti uno denario.[3]

Rogerus filius Herberti duodecim acras, quæ fuerunt antiquitus in landsetagio, et duas acras de dominio, pro tribus solidis. Et viginti quatuor acras, cum falda sua, de dominio, pro quinque solidis. Et est quietus ab omni servitio, excepto aratro.

Asketelus duodecim acras de dominio, et sex oves, pro duobus solidis. Et est quietus, excepto aratro.

Ricardus Molendinarius duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Gowinus duodecim acras de dominio, et sex oves, pro duobus solidis. Et est quietus, excepto aratro.

---

[1] *obolo*] obulo, MS.

[2] There was a Hugh, Archdeacon of Leicester, in 1154. (Le Neve, Vol. II. p. 59.)

[3] So in MS.

Habbe unam acram de dominio, pro quatuor denariis. Et operatur.

Lunus unam acram pro quatuor denariis, et operatur.

Petrus duas acras, et unum mariscum. Quod fuit totum in dominio antiquitus.

Liveva unam acram, et unam croftam, de dominio, pro quatuor denariis. Et operatur.

Simon duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1] Et unam acram de dominio pro uno denario.

Ricardus Faber unam croftam de dominio pro sex denariis, et est quietus.

Jehelus Decanus viginti quatuor acras pro duobus solidis, Et est quietus.

Willelmus Huntredy dimidiam acram pro sex denariis.

Alstanus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Wlfuuinus ad Fontem similiter.

Godefridus duodecim acras pro tribus solidis. Et est quietus.

Godwinus duodecim acras in lansetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Wlfiva similiter.

Ælstanus Sperling unam croftam, pro quatuor denariis; et triginta acras in campo, pro triginta quatuor denariis. Et est quietus excepta arura.

Aldwinus viginti quatuor acras in landsetagio, pro novemdecim denariis.

Wlfwinus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[1]

Thustanus similiter.

Godiva Vidua.

Ywamus similiter.

f. 35 b. Alueva unam croftam, et unam acram, pro quatuor denariis. Et operatur.

Herbertus quadraginta octo acras cum falda de veteri tenemento, pro septem solidis. Et est quietus ab omni servitio excepta arura. Et culturam De Lingho habet, quæ est de dominio, pro sex denariis.

Ricardus filius Herberti tenet terram illam, quæ fuit Fredlac, id est quadraginta octo acras, pro dimidia marca. Et sexaginta matres oves, pro alia dimidia marca; et pro hoc habet faldam suam. Et est quietus, excepta arura.

Willelmus Sperling duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.

---

[1] *obolo*] obulo, MS.

Godiva Vidua similiter. Et præter hoc ipsa habet unam acram de dominio.

Lefstanus duodecim acras [1] in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[2]

Robertus similiter. Et ipse habet, præter hoc, duas acras et unam rodam, pro duobus denariis.

Wlfketelus duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[2]

Hugo vel Daniel triginta acras, et unam croftam, pro triginta quatuor denariis. Et est quietus.

Willelmus filius Ailmari duodecim acras in landsetagio, pro novem denariis et obolo.[2]

Alfwinus similiter.

Aliza Vidua similiter. Et ipsa dat pro dimidia acra, quam habet præter hoc, unum obolum.[3]

Wlvus unam croftam, et duodecim acras, pro duobus solidis; quæ fuerunt antiquitus de landsetagio. Et unam acram et dimidiam, sine servitio.

Mariscus de Depedale reddit duos solidos.

Hugo de Dockinghe pro terra sua sexdecim denarios.

Molendinum de Brunham duos solidos.

Molendinum de Bramcestre viginti solidos.

DCL.

Hoc est modo instauramentum apud Bramcestre.

Account of stock at Brancaster.

Duæ carrucæ, quæque de quatuor bobus, et tribus equis. Quisque boum tres solidos valet, et equorum quadraginta denarios. Et duæ vaccæ ejusdem pretii cujusque bovis.[4] Et duæ sues; et duodecim porci perannati; et duo porci non perannati. Et quinque vaccæ. Et unus anser. Et septem gallinæ; et duo galli; et sex gallinacii. Et novies viginti oves ad firmam pro quadraginta solidis. Et Herbertus septemdecim oves ad firmam. Et terra Ricardi filii Herberti, quæ fuit Fredelacii, debet f. 36. quadraginta oves ad firmam. Et in Westfalda sexcies viginti oves.

Petrus habet unum mesuagium de duabus acris in Angretorp, quod fuit de dominio Abbatis, tempore Henrici Regis.[5] Et nullum facit inde servitium, nec pertinet ad feodum suum.

---

[1] *acras*] acram, MS.
[2] *obolo*] obulo, MS.
[3] *obolum*] obulum, MS.
[4] *bovis*] boves, MS.
[5] Henry I.

Item Petrus habet quadraginta acras sine servitio. Pro quibus debantur septem solidi, tempore Regis Henrici.

Petrus et Ricardus filius Herberti habent terram de Westhil, de dominio Abbatis, sine servitio.

Item Petrus habet unam acram apud Hoges, de dominio Abbatis, sine servitio.

Item Petrus habet unam croftam, quæ commodata fuit aviæ suæ, de dominio Abbatis, sine servitio.

Item Ricardus filius Herberti habet terram de Haruiwong, de dominio Abbatis, sine servitio.

Et idem occupavit hic rodam unam. Alibi rodam unam.

Item Willelmus filius Wlmari dedit, tempore Regis Henrici, quinque solidos pro terra sua; modo non dat nisi quatuor.

Item Walterus[1] Abbas dedit Herberto duodecim acras de dominio suo; et occupavit tantum, quod habet quadraginta octo.

Item Reginaldus habet acram unam de dominio.

Item Simon Clericus habet duas acras de dominio sine servitio. Et minus servitii facit de alia terra, quam antecessores sui, de tribus obolis.[2]

Item Rogerus, frater Margaretæ, minus servitium facit de octo denariis.

Item Cnutus habet quatuor acras de dominio sine servitio.

Petrus amovit[3] Willelmum, cum uxore sua, de terra Abbatis; et Hawisam, cum filius suis. Et locavit eos in terra sua.

DCLI.

[*Ringstede cum Hulmo.*]

Ringestede cum Hulmo.

Extent of Ringstead and Holm.

Ringestede cum Hulmo defendebat, in tempore Regis Henrici,[4] erga Ramesiam, per quinque hidas.

Et tunc erant in curia de Ringeste[de] tres carrucæ. Quæque de quatuor bobus et tribus equis. Quisque boum triginta duarum denariorum, et equorum quatuor solidorum.

In dominio de Hulmo, duæ carrucæ ejusdem quantitatis et pretii. Et unus equus occator apud Ringestede, et apud Hulm. Et ducentæ oves per sexcies viginti apud Ringestede; et centum apud Hulm. Et cum isto instauramento reddebant

f. 36 b.

tunc istæ duæ villæ quindecim libras.

---

[1] Abbot, 1146–1160.

[2] *obolis*] obulis, MS.

[3] *amovit*] ammovit, MS.

[4] Henry I.

Rogerus filius Gocelini de Ringestede tenuit in diebus Regis Henrici[1] unam carruatam terræ, cum falda sua, pro octo solidis. Et sequebatur comitatum et hundredum pro dominico Abbatis.

Agnilda, mater Lucæ, dabat pro terra sua quadraginta denarios. Et oves ejus erant in falda Abbatis.

Huelinus tenuit tunc viginti acras pro viginti denariis. Quam terram modo tenent Morandus et Robertus pro viginti denariis. Et operantur tribus diebus per hebdomadam in Augusto. Et oves eorum sunt in falda Abbatis.

Hugo filius Toke triginta acras pro quatuor solidis. Et oves ejus sunt in falda[2] domini.

Guido pro manso suo duos denarios.

Lunus filius Putoci pro dimidia carruata terræ quatuor solidos, tres denarii minus. Et oves ejus in falda domini.[3]

Galfridus filius Fredlacii sexdecim denarios pro terra sua.

Herveus filius Lefsi decem denarios pro terra sua.

Leffrum pro manso suo unum denarium.

Guido filius Seman sex denarios. Et operatur tribus diebus per hebdomadam in Augusto.

Thurstanus et Rodlandus pro septem acris, et croftis suis, sex denarios et obolum.[4] Et operantur tribus diebus per hebdomadam in Augusto.

Thurstanus filius Ailmari pro octo acris, cum crofta sua, sexdecim denarios.

Guthruna pro viginti quatuor acris, sex denarios et obolum.[4] Et operatur in Augusto, cum duobus hominibus, tribus diebus per hebdomadam.

Matildis uxor Hulmi pro tresdecim acris, tresdecim denariis et obolum.[4] Et operatur in Augusto tribus diebus per hebdomadam.

Asketelus tenuit, in tempore Henrici Regis,[1] septem acras, pro duodecim denariis.

Terra Petri reddit duos denarios.

Suein sexdecim acras pro viginti denariis.

Marlesuein tenuit, in tempore Henrici Regis,[1] quindecim acras pro sex denariis et obolo.[5] Quam terram modo tenet Robertus pro duodecim denariis. Et operatur in Augusto tribus diebus per hebdomadam.

---

[1] Henry I.

[2] *falda*] falda abbatis in MS., but *abbatis* has been struck through.

[3] *domini*] domimini, MS.

[4] *obolum*] obulum, MS.

[5] *obolo*] obulo, MS.

Godgiva vidua pro tribus rodis tres denarios.

Guido filius Toli octo acras, in landsetagio, pro septem denariis et obolo.[1]

f. 37. Ricardus similiter.

Rogerus similiter.

Mehenilda Vidua similiter.

Bondus similiter.

Anandus similiter.

Estrild similiter.

Guido filius Hugonis similiter.

Alfwinus Pirfugel similiter.

Radulfus similiter.

Hadewlf pro terra sua, quæ est in landsetagio, octo denarios et obolum.[2] Et operatur in Augusto, cum duobus hominibus, tribus diebus per hebdomadam.

Brithmarus duodecim acras, in lansetagio, pro undecim denariis et obolo.[1] Et operatur in Augusto tribus diebus per hebdomadam.

Humus pro undecim acris, in landsetagio, decem denarios et obolum.[2] Et operatur in Augusto, sicut omnes cæteri landsetagii.

Willelmus Rusticus pro acra et dimidia, octo denarios. Et non operatur.

Botilda operatur in Augusto una die per hebdomadam.

Willelmus Clericus de Thornam, pro servitio suo habet unam croftam, quæ solebat operari tribus diebus ad preces firmarii.

Godefridus tres denarios pro crofta sua de nova terra.

Lucas habet sex acras in crofta dominica, sine servitio.

Asketelus octo acras de dominio, pro decem denariis.

Rogerus filius Ami viginti quatuor acras de dominico, pro triginta duobus denariis.

Willelmus Oppilio sexdecim acras, pro octodecim denariis. Pro quo pacto dedit Abbati decem oves.

Alfwinus Pittoc decem acras, pro duodecim denariis.

Guido filius Hugonis octo acras, pro quibus operatur in Augusto.

Ricardus Dering similiter.

Thurstanus Parvus similiter.

Rogerus Cappe quindecim acras, pro viginti denariis.

Hæc est consuetudo omnium illorum qui habent terram in landsetagio.

---

[1] *obolo*] obulo, MS. | [2] *obolum*] obulum, MS.

Tribus diebus operantur in Augusto per hebdomadam. Et una die in hebdomada per totum annum, præter Natale, et Pascha, et Pentecoste; et firmarius pascet eos quando operantur. Et semel arant per annum, ad cibum suum et custamentum. Et, si firmarius rogaverit, ter arabunt ad cibum firmarii. Et portant sumagium, cum custamento suo, ad portum maris.

Decanus de Hulmo tenet totum dominicum villæ illius pro quadraginta solidis, cum molendino, quod reddebat in tempore Henrici Regis[1] viginti solidos. Et est quietus ab omni servitio. f. 37 b.

Alfredus habet duodecim acras pro octodecim denariis.

Rogerus pro triginta acris et dimidia, tres solidos et octo denarios.

Brithgiva pro una crofta et una roda, decem denarios.

Brune filius Willelmi pro sex acris, sexdecim denarios et obolum.[2]

Godricus pro una crofta, et duabus acris et dimidia, decem denarios.

Scipmanus pro una acra et dimidia, sex denarios et obolum.[2] Et operatur in Augusto una die per ebdomadam.

Toke pro octo acris, quatuordecim denarios.

Alicia pro octo acris, novemdecim denarios. Et, si boves habet, de unoquoque unum denarium.

Wibertus tres solidos pro terra Radulfi.

Ricardus triginta acras pro quatuor solidis.

Eppe sex denarios et obolum.[2]

Ailwardus tres solidos.

Gillebertus octodecim denarios.

Simon totidem. Isti duo sequuntur comitatum et hundredum.

Alfgarus viginti octo denarios. Et quietat boves suos.

Radulfus novemdecim denarios. Et quietat boves suos.

Rolandus tres solidos.

Reinerus Crane undecim denarios.

Reinaldus duodecim denarios. Et pro terra Grubbe decem denarios.

Guibertus Marlesuein duodecim denarios.

Sewardus novem denarios. Et quietat boves suos.

Martinus pro terra et marisco sex solidos.

Lunus viginti novem denarios. Et quietat boves suos.

Walterus similiter.

Edricus unum denarium.

Harduinus duodecim denarios.

---

[1] Henry I.

[2] *obolum*] obulum, MS.

DCLII.

Upwode.[1]

Extent of Upwood.

Apud Upwde sunt, et fuerunt in tempore Regis Henrici,[2] decem hidæ, unaquæque de quatuor virgatis.

Oliverus miles habuit in tempore prædicti Regis Henrici, et adhuc habet, unam hidam et dimidiam, liberam.

Rogerus de Upwde habuit unam hidam, et dimidiam virgatam, liberam. Et sequebatur comitatum et hundredum.

Ærnaldus de Ravele unam virgatam liberam. Et sequitur comitatum et hundredum.

Robertus, pater Willelmi de Clara Valle, tenuit unam virgatam. Et sequebatur comitatum et hundredum. Quam virgatam modo habet Hugo filius ejus.

f. 38. Omnes reliquæ virgatæ, scilicet viginti octo, fuerunt in tempore Henrici Regis[2] ad opus.

Willelmus autem, de ClaraValle, ex donatione Walteri Abbatis, post mortem Regis præfati, habet unam virgatam liberam, et unum esartum de novem acris, et duas acras de dominio, ubi domus ejus est.

Ærnaldus de Ravele tenet unam virgatam, quam pater ejus tenuit in tempore Regis Henrici. Pro qua facit omnia opera, quæ cæteri homines ipsius villæ faciunt, excepto averagio, de quo quietus est pro sexdecim denariis. Et præter hoc habet unum pratum, pro quo dat duobus annis quatuor bolles mellis ; et tertio anno quietus est, quia nil habet inde.

Radulfus Præpositus habet unum pratum de novo, de dominio, pro quatuor denariis. Et idem Radulfus cum aliis tribus hominibus habet unam acram prati pro sex denariis.

Homines de Ravele habent unum pratum octo acrarum, de dominio, pro duobus solidis.

Ingoldus de Ravele habet pratum unum, pro duodecim denariis.

Horulfus et Nicholaus habent unum pratum unius acræ, pro quatuor vomeribus.

Nigellus de Ravele habet unam croftam de duabus[3] acris, pro sex denariis.

Radulfus Præpositus habet unam croftam de una acra et dimidia, pro quatuor denariis.

Lefwinus unam acram, pro tribus denariis.

---

[1] Upwode is written in a later hand.

[2] Henry I.

[3] *duabus*] duobus, MS.

Viginti virgatæ, et sex, et dimidia, sunt ibi modo ad opus. Et hoc est servitium uniuscujusque virgatæ. Duodecim denarios dat de heusire. Et tribus diebus operatur in ebdomada per annum, et tertia arat; hoc facit a festo Sancti Michaelis usque ad Caput Augusti, excepto Natale Domini, et Pascha. Et quatuor diebus operatur in Augusto cum duobus hominibus. Et dat unam ringam præbendæ ad mensuram curiæ. Et contra festum Sancti Benedicti unum obolum[1] ad arietes emendos. Et facit unam mittam et dimidiam de brasio, de blado curiæ. Et ad Natale Domini dat unam gallinam; et ad Pascha ova. Et in hieme arat dimidiam acram pro opere unius diei. Et claudet septem particatas de sepi. Et dabit pathnagium, quando pastus est in nemore. Et averabit ad summonitionem Præpositi. Et f. 38 b. de omnibus hominibus similiter habebit firmarius sexdecim denarios ad pisces.

Apud Upwde sunt sex cotlandiæ, quarum possessores sequuntur aratra curiæ; et undecim cotlarii sunt ibi, quorum septem operantur una die in hebdomada, et reliqui quatuor duobus diebus.

DCLIII.

[*Hecmundegrave.*]

Hecmundegrave Nota bene.[2]—Extent of Hecmundegrave.

Apud Hecmundegrave Willelmus Bretun habet duas acras pro uno bolle mellis per annum.

Robertus Curtum Consilium duas acras pro uno bolle mellis.

Robertus Rideman quatuor acras pro duobus bollis.

Uxor Alfgari quatuor acras pro sex denariis.

Hoc totum fuit in tempore Henrici Regis.

De cæteris terris, quæ ibi sunt, reddunt viginti quatuor solidos per annum.

DCLIV.

[*Wistowe.*]

Wistowe.[2]—Extent of Wistow.

Apud Wistowe sunt, et fuerunt tempore Henrici Regis, octo hidæ, quæque de quatuor virgatis.

Omnes defendunt erga regem.

Et monachida est quieta, quia pertinet ad helemosinam.

Omnes istæ octo hidæ fuerunt[3] in dominio, in tempore Henrici Regis.[4]

---

[1] *obolum*] obulum, MS.

[2] Marginal Note in a later hand.

[3] *fuerunt . . . tempore*] *in dominio* is interlined after *fuerunt*, and *tempore* after *in*.

[4] Henry I.

Modo vero Verviva uxor Adæ habet unam virgatam pro quinque solidis, et defendit erga Regem, et arat unam rodam.

Galfridus de Ravele habet unam virgatam ex donatione Willelmi Abbatis. Pro qua sequitur comitatum et hundredum, et custodit nemus.

Durandus Cocus tenuit in tempore Henrici Regis, de dominio, unam virgatam, ex donatione Reginaldi abbatis,[1] pro quatuor solidis.

Quas virgatas Alanus filius ejus modo tenet pro sex solidis.

Paganus tenuit in tempore Henrici Regis,[2] duas virgatas pro duobus solidis. Pro quibus dat modo tres solidos, et arat ter in anno.

Willelmus de Clara Valle habet unam virgatam de dominio liberam, quæ fuit antiquitus ad opus.

Quatuor homines manent in hida elemosinæ. Quorum quisque habet unam croftam, et duas acras in campo, pro quibus operantur, a capite Augusti usque ad festum Sancti Michaelis, una die in hebdomada. Et dant duodecim denarios. Et quintus homo de eadem hida dat duodecim denarios pro una tofta.

Filius Rogeri Gernun habet dimidiam virgam de eadem hida, et duas acras de incremento, pro quindecim denariis.

Galfridus Peregrinus unam croftam pro duodecim denariis.

f. 39. Adam et Alduinus habent unam croftam pro duodecim denariis.

Aschetil unam croftam pro duodecim denariis.

Aldith Vidua unam croftam pro duodecim denariis.

Galfridus octo denarios.

Willelmus sexdecim denarios pro una crofta, quæ est in calumnia.

Viginti septem virgatæ sunt ibi ad opus. Omnes ad idem servitium per omnia, quod homines de Upwde faciunt. Excepto quod arant a Nativitate Sanctæ Mariæ usque ad festum Sancti Michaelis. Et dant duas arietes; et sexdecim denarios ad pisces emendos.

Octo cottarii sunt apud Wistowe, quorum quisque operatur una die in hebdomada, a Sancto Michaele usque ad caput Augusti; et a capite Augusti usque ad Sanctum Michaelem duobus diebus.

Alfgarus de Eleswrtha tenuit in tempore in Henrici Regis[2] unam croftam ad Hecmundegrave, et dimidiam virgatam in campo de Wistowe, pro tribus solidis.

Herbertus Præpositus habet unam acram pro uno vomere.

Ingoldus similiter pro uno vomere.

---

[1] Reginald, abbot, 1112–1133.

[2] Henry I.

DCLV.

[*Brochtuna.*]

Apud Brochtunam sunt, et fuerunt in tempore Henrici Regis,[1] novem hidæ, quæque de sex virgatis et dimidia. Extent of Broughton.

Duæ hidæ sunt in curia.

Ricardus Fliulet habet unam hidam liberam apud Broctune.

Thomas filius Girardi habet unam virgatam. Et sequitur comitatum, et hundredum, et placita Abbatis. Quas virgatas pater ejus tenuit in tempore Henrici[1] Regis pro eodem servitio.

Suetwinus habet dimidiam virgatam. Et sequitur comitatum et hundredum; et dat sex denarios; et arat.

Robertus habet quartam partem unius virgatæ. Et sequitur comitatum et hundredum; et dat tres denarios; et arat unam acram et dimidiam; et ab Augusto usque ad festum Sancti Michaelis operatur omni die Lunæ.

Hubertus habet quartam partem unius virgatæ, pro duodecim denariis, et arat tres rodas.

Rogerus Carpentarius unam virgatam libere, et sequitur comitatum et hundredum.

Eustachius unam virgatam pro quinque solidis.

Duæ mulieres, præbendariæ Abbatis, habent mansum suum pro sex denariis.

Viginti octo virgatæ sunt ibi ad opus, et faciunt idem f. 39 b. servitium per omnia, quod ipsi faciunt de Wistowe.

Hæc sunt instauramenta apud Brochtune.

Quatuor aratra, quæque de octo bobus et duobus equis. Et novies viginti oves. Et duæ vaccæ, et duæ vituli, et unus taurus.

Apud Wistouue. Tria aratra, quæque de sex bobus, et duobus equis et tribus crocinis. Et sex vaccæ, et totidem vituli, et unus taurus. Et sexcies viginti oves.

Apud Upwde.

Quatuor aratra, de viginti duobus bobus, et sex equis. Et una vacca, et duodecim animalia juvenilia. Summa porcorum, quater viginti porci, uno minus.

---

[1] Henry I.

DCLVI.

[*Bertuna.*]

Extent of Barton.

Apud Bertunam sunt undecim hidæ et dimidia; una scilicet et dimidia in demeine, et aliæ in communis villæ.

Duæ hidæ pro libero servitio.

Radulfus Clericus unam hidam liberam.

Dominus Herbertus habet dimidiam hidam liberam; Hugo de Brachi dimidiam hidam.

Aliæ omnes ad libitum Abbatis et firmarii.

Duæ hidæ prædictæ liberæ nihil nisi servitium Regis faciunt, et sequuntur comitatum et hundredum.

Item, Willelmus Præpositus tenet duas virgatas, reddendo sex solidos, dum Abbas et firmarius voluerint.

Item, Ricardus tenet duas virgatas in censu, dando, dum Abbas et firmarius voluerint, triginta denarios. Item, de aliis virgatis, quas in censu habet, duos solidos. Si autem ad operationem illam habeat, operabitur die Lunæ, et die Mercurii, et die Veneris arabit.

Duæ[1] carrucæ de sexdecim bobus, et unus equus occarius, et ducentæ oves, et undecim vaccæ, et unus taurus, et una sus, et octo porcelli.

Præterea undecim cotsetles. Si ad censum, reddendo duos solidos. Si ad opus, tunc operabuntur die Lunæ.

Item omnes qui virgatas tenent, facient summagium quaqua quinzena, si firmarius voluerit. Cotsetli portabunt averagium, ad summensam firmarii.

DCLVII.

[*Stivecle.*]

Extent of Stukley.

Apud Stivecle sunt septem hidæ.

Et villa ipsa reddebat in tempore Henrici Regis septem libras. Cum hoc instauramento:—

f. 40. Tria aratra de triginta bobus fuerunt tunc in curia, quisque boum tres solidos. Et duo caballi, singuli tres solidos. Et centum oves. Et duo acci.

Hii fuerunt liberi feudati in illis diebus:—

Gocelinus de Stivecle tenuit duas hidas, et unam virgatam. Et sequebatur comitatum et hundredum, et placita Abbatis.

---

[1] *Duæ*] A large capital letter H is above this word on a blank line in the MS., which the scribe probably intended afterwards to fill up with the words "Hæc sunt instauramenta."

Robertus Miles unam hidam et dimidiam. Et facit idem servitium.

Fulco de Lisures unam hidam. Pro qua sequebatur tantum placita Abbatis.

Et duas virgatas et dimidiam de Riptona. Pertinebant in illo tempore ad Stivecle, et nunc non sunt ibi. Una earum reddebat quinque solidos, et reliquæ fuerunt ad opus.

Duæ hidæ et una virgata, scilicet novem virgatæ, fuerunt tunc ad opus sine censu.

Et hoc est servitium quod quæquæ virgata faciebat tunc, et adhuc facit:—

Duobus diebus operatur in hebdomada, et arat tertia, a Sancto Michaele usque ad caput Augusti, excepto Natale Domini, et Pascha, et Pentecoste. Et a capite Augusti usque ad Sanctum Michaelem, operatur tota hebdomada, præter Sabatum. Et dat quatuor gallinas ad Natale.

Ad Ecclesiam pertinebat in diebus illis dimidia virgata, quieta. Et adhuc eam possidet.

Henricus Lenueise tenet nunc unam rodam.

Domus Henrici Archidiaconi sunt super dominium Abbatis.

Thomas filius Henrici tenet unam virgatam, quæ dudum fuit operaria. Et dat modo pro ea quatuor solidos ad censum. Et in tempore Walteri non dedit nisi duos.

Quatuor cottarii sedent super dominium, et operantur omni die Lunæ, et duobus diebus per hebdomada in Augusto.

Adam filius Henrici Archidiachoni tenet modo ipsam villam pro octo libris, cum duobus aratris.

DCLVIII.

[*Hemmingeforda*].

Apud Hemmingefordam fuerunt in tempore Henrici Regis, et adhuc sunt, viginti hidæ, quæque de sex virgatis. Extent of Hemmingford.

Quinque hidæ fuerunt in curia, et quindecim divisæ inter homines. Exceptis duabus hidis, quarum unam Reginaldus miles, et alteram tenet Galfridus Chive; in quarum singulis non sunt nisi quatuor virgatæ.

Hii sunt qui tenent feudum, et tenuerunt in tempore Henrici Regis:—

Thurstanus habet tres virgatas et dimidiam, pro quibus sequitur comitatum et hundredum.

Reginaldus Miles tenet duas virgatas; excepta prædicta f. 40 b.
hida, quam habet; pro quibus sequitur comitatum et hundredum. Et unam toftam de dominio, pro qua dat octo denarios.

Petrus unam virgatam; pro qua sequitur comitatum et hundredum. Et alteram virgatam habet, pro qua pater ejus dabat sexdecim denarios, et ipse modo nihil dat pro ea. Et unam acram de dominio, et duas virgatas, habet de Rusticitate, pro quibus dat triginta duos denarios.

Radulfus frater[1] [ ] duas virgatas, pro quadraginta denariis, et arat tribus vicibus per annum. Quæ virgatæ fuerunt, in tempore Regis Henrici, de rusticitate.

Thomas duas et dimidiam, pro quinque solidis et unum suiere. Quæ virgatæ fuerunt antiquitus de rustictate.

Sanson quatuor virgatas, pro quatuor solidis. Quæ reddebant dudum decem solidos.

Simon Presbiter unam virgatam, et croftam suam, pro duobus solidis, et arat acram et dimidiam in anno; pro qua terra duo homines tenebant aratra[2] curiæ, in diebus Henrici Regis.

Alanus unam croftam, pro quatuor denariis. Quæ reddebat antiquitus octo.

Auseredus unam croftam, pro quatuor denariis. Quæ reddebat octo.

Aluredus Piscator unam croftam, pro quatuor denariis. Quæ dabat octo.

Walterus filius Ingoldi similiter.

Radulfus filius Aluredi unam croftam, pro uno vomere.

Ricardus Coc, et Walterus, et Godwinus, unam croftam inter se, pro nihilo. Quæ fuit ad octo denarios.

Ædgarus, Thurbernus, Brithgiva, unam croftam, pro nihilo. Quæ fuit ad octo denarios.

Radulfus filius Matildis unam croftam, pro nihilo. Quæ fuit ad octo denarios.

Hæc est consuetudo illius, qui tenet duas virgatas ad opus et ad censum:—

Pro una earum dat sexdecim denarios; et tres denarios et obolum[3] ad heusire. Et pro altera operatur una die in hebdomada, et altera arat. Hoc facit, post messionem segetum, usque ad sarclandum bladum in campo. Et in hieme,[4] pro illa virgata, quæ est ad opus, arat unam rodam, et seminat illam cum semine suo; et in Quadragesima similiter, unam rodam
f. 41. sine semine. Et in Augusto, quamdiu messis durat, operatur tribus diebus in hebdomada. Et in tempore feni, falcabit dimi-

---

[1] After frater is a space from which two (?) words have been erased.

[2] Some verb seems to be omitted here.

[3] *obolum*] obulum, MS.

[4] *hieme*] yeme, MS.

diam acram, et colliget, et ducet ad curiam, cum custamento suo.

Galfridus Chive tenet unam rodam de dominio Abbatis, sine servitio.

Ricardus habet tres seilones, et tres acras, de dominio, sine servitio.

Reginaldus unam croftam pro quatuor denarios, sine servitio.

Wlfricus sedet in dominio.

Siricus unam croftam, et rodam et dimidiam, sine servitio.

Radulfus unam croftam quatuor denariorum, sine servitio.

Ricardus nepos Petri unam croftam quatuor denariorum, sine servitio.

Hulmo debet quatuor denarios.

Wlfricus habet unam croftam quatuor denariorum, sine servitio.

Humfridus et Ordwinus debent duodecim denarios.

Molendinum reddit triginta solidos.

Et pratum triginta solidos, si firmarius voluerit illud vendere.

In tempore Henrici Regis, erant ibi tres carrucæ de duodecim bobus, et totidem equis; quisque boum et equorum quatuor solidos. Et centum viginti oves, quæque quatuor denarios. Et quinque vaccæ, et unus taurus. Et decem porci perannati. Et cum hoc instauramento dabat tunc quindecim libras.

Et modo, cum tribus carrucis, ejusdem pretii; et centum viginti ovibus, quæque quatuor denariorum; reddit quindecim libras.

DCLIX.

[*Gravele.*]

Apud Gravele fuerunt, in tempore Henrici Regis, quinque hidæ. Extent of Graveley.

Duæ hidæ et dimidia sunt in curia, et duas et dimidiam habent homines inter se.

In una hidarum istarum sunt septem virgatæ,[1] quatuor acris minus; in unaquaque reliquarum septem virgatæ,[1] dimidia minus.

De hiis duabus hidis et dimidia, tenet Walterus duas virgatas. Pro quibus sequitur comitatum et hundredum.

Ad ecclesiam pertinent duæ virgatæ, una quarum est libera, altera defendit erga Regem.

Ricardus de Conigtona duas virgatas, pro quibus sequitur comitatum et hundredum.

Viginti sex virgatæ et dimidia sunt divisæ per homines, omnes ad opus, vel ad censum, si firmarius voluerit.

Virgata, quæ est ad opus, dat sexdecim denarios de heusire, et duas erthendales de avena. Et in hieme arat dimidiam acram cum aratro suo, et seminat cum suo semine, et occat. Et facit de blado dominii unam mittam brasii; et a festo Sancti Michaelis usque ad caput Augusti operatur duobus diebus in hebdomada, et tertia arat. Et quamdiu messis durat, quatuor diebus operatur in hebdomada; et ad preces firmarii, cum tota familia sua, ad cibum domini, veniet. In tempore feni, ad preceptum firmarii veniet; et falcabit cum custamento suo, et adiunabit, et deducet ad curiam. Et omnes similiter operarii dabunt inter se octo denarios ad pisces.

f. 41 b.

Walterus de Cnolle tenet duas croftas, et tres acras, pro duobus solidis.

Ricardus unam croftam et dimidiam, pro uno vomere. Quæ solebat reddere opus unius diei in hebdomada.

Hoc fuit instauramentum curiæ in tempore Henrici Regis:— Centum oves. Et triginta[1] porci. Et duæ carrucæ de duodecim bobus et quatuor equis. Et duo equi occatores. Et quinque vaccæ, et unus taurus.

DCLX.

[*Hoctona et Wittona.*]

Extent of Houghton and Witton.

Apud Hoctonam et Wittonam fuerunt in tempore Henrici Regis, quatuordecim hidæ. Septem in Wittona, et totidem in Hoctona.

In Wittona sunt quinque virgatæ ad hidam, et in Hoctona sex.

Ecclesia de Wittona et Hoctona possidet septem virgatas. Quas habuit, tempore Regis Henrici, quietas.

Paganus habet sex virgatas quietas.

Willelmus de Lindeseia habuit duas virgatas, pro quibus dat modo quatuor solidos. Et præter hoc, habet duas acras prati, pro duobus arietibus; et quinque acras terræ.

Thurkillus de Wittona tenuit antiquitus duas virgatas, pro quinque solidis. Et sequebatur comitatum et hundredum, et arabat omni die Veneris.

Et modo tenet Reinaldus eandem terram pro eodem servitio.

Wlfricus tenuit tunc duas virgatas pro quinque solidis, et sequebatur comitatum et hundredum, et arabat.

Quas modo tenent Thomas et Ricardus, pro eodem servitio.

Albertus tenet unam virgatam, pro tribus solidis. Et arat, sicut fecit in tempore Henrici Regis. Et præter hoc, habet unam croftam, pro tribus solidis.

Guido habet duas virgatas, pro sex solidis. Et arat, sicut fecit dudum tempore præfato.

Radulfus Decanus habet unam cotlandam, pro duobus solidis, liberam. Quæ dabat olim octodecim denarios. f. 42.

Hæc est consuetudo unius virgatæ, quæ est ad opus :—

Tribus diebus operatur in hebdomada, et quarta arat. Et facit tres summas brasii de blado abbatis ; et dat duodecim denarios de heusire, et unam ringam avenæ. Et in hieme[1] arat unam rodam, et in quadragesima aliam ; et dat unum denarium ad pisces. Et in tempore feni falcat una die quantum potest. Et a capite Augusti usque ad festum Sancti Michaelis, quinque diebus operatur in hebdomada.

In Wittona sunt decem cotlandæ, et in Hoctuna totidem. Et omnes sunt ad servitium simile.

Qui habet unam cotlandam, una die operatur, et altera arat, a festo Sancti Michaelis usque ad caput Augusti. Et a capite Augusti usque ad festum Sancti Michaelis, operatur tribus diebus in hebdomada, et facit tres summas brasii de blado Abbatis ; et dat ad Natale gallinas, uno anno quatuor, et altero quinque, pro capite ; et unum denarium et unum quadrantem ad Natale.

Hoc fuit instauramentum curiæ in tempore Henrici Regis :—

Tres carrucæ, viginti quatuor boum, quisque trium solidorum et sex denariorum. Et duo equi occatores, quisque quatuor solidorum. Et sexaginta porci. Et centum oves.[2] Et decem vaccæ, et unus taurus. Et tunc reddebant ipsæ villæ decem libras, et plenam firmam.

Modo autem sunt ibi tria aratra, sexdecim boum, et sex equorum. Et centum oves. Et sexaginta porci, triginta superannati, et triginta hogastres. Et quatuor vaccæ, et tres juvenci.

In Hoctona sunt triginta tres virgatæ ad operationem. Et dant triginta tres solidos ad heusire.

Et decem cotlandæ dant quinque solidos.

Et tresdecim toftæ dant tresdecim solidos ; et unaquaque hebdomada operationem unam ; et tresdecim denarios pro caued peni.

---

[1] *hieme*] yeme, MS.

[2] *oves*] Between *centum* and *oves* the words *oves et* have been partly erased.

Et dimidia[1] tofta, duodecim denarios, sine operatione.

Summa census de Hoctona, sexaginta quinque solidi, et septem denarii.

In Wittona sunt sex virgatæ ad operationem, et dant viginti sex solidos pro heusire.

Et decem cotlandæ dant quinque solidos pro heusire.

Et quatuor toftæ dant quatuor solidos, et unaquaque hebdomada operationem unam.

Et una crofta septemdecim denarios.

f. 42 b. Et altera duos solidos.

Hæc est summa census de Wittona, quadraginta quinque solidi, et quatuor denarii.

Et molendina centum solidos.

Hæc est summa totius, decem libræ, et decem solidi, et undecim denarii.

DCLXI.

[*Consuetudines in Soca Sancti Ivonis.*]

Customs in the Soke of St. Ives, viz. in Slepe and Hurst.

Hæc sunt consuetudines in soca Sancti Yvonis, scilicet, apud Slepe, et apud Herst.

Quinquaginta et tres virgatæ sunt in ipsa socca.

Et hoc est servitium illius qui habet unam virgatam:—

Duobus diebus operatur in hebdomada, et tertia arat. Et dat duodecim denarios de heusire, et tres quadrantes ad pisces, et unum tolfat de frumento, et unam ringam avenæ; et præter hæc omnia arabit dimidiam acram. Et a capite Augusti usque ad Sanctum Michaelem, tota hebdomada, præter Sabbatum, operabitur; et falcabit dimidiam acram prati, et adunabit fenum; et deducet in curiam duas carretatas lingnorum, cum custamento suo.

Godwinus de Slepe tenet unam virgatam, pro quatuor solidis.

Et Robertus apud Herst aliam virgatam, pro duobus solidis.

Apud Slepe sunt octodecim cotlandiæ.

Et ipse, qui tenet unam cotlandiam, hoc servitium facit:—

Duobus diebus operatur in hebdomada, et tertia die arat; et dat sex denarios de heusire, et quinque gallinas ad festum Sancti Martini; et facit duas mittas brasii de blado curiæ.

Exceptis his:—

Sunt ibi duæ cotlandiæ, quæ sunt ad censum trium solidorum.

Ubi curia fuit antiquitus, ibi redduntur octo solidi ad censum.

Summa de cotlandiis Sancti Yvonis viginti unus, et virgata terræ sine crofto de cremento, præter prædictam summam.

---

[1] *dimidia*] dimidiam, MS.

Walterus pro una crofta sex denarios.
Robertus de Capella, duodecim acras, pro duobus solidis.

Herveus, et Terri, octo acras, pro sexdecim denariis.

Radulfus, octodecim acras, pro tribus solidis.

Hugo filius Gaufridi Presbyteri quadraginta[1] octo acras, pro septem solidis. Et duodecim acras, pro duobus solidis. Et unum pratum, pro octo denariis.

Grimbaldus, duodecim acras pro duobus solidis.

Paganus, viginti quatuor acras, pro quatuor solidis.

Richerus, duodecim acras, pro duobus solidis.

Gaufridus Cantor, duodecim acras, pro duobus solidis.

Alvricus, viginti quatuor acras, pro quatuor solidis.

Adam, viginti quatuor acras, pro quatuor solidis.

Et unam cotlandam, pro qua operatur.

Ricardus filius Presbiteri, viginti septem acras, pro quatuor solidis, et sex denariis.

Willelmus Cocus, duodecim acras, pro duobus solidis.

Gervasius, duodecim acras, pro duobus solidis.

Godwinus, quatuor acras, pro octo denariis.

Totum reliquum est in dominio.

Cottarii ante portam dant quatuor solidos et sex denarios.

Geroldus Marescallus habet unam virgatam, pro tribus solidis.

DCLXXII.

[*Elintona.*]

Apud Elintonam fuerunt, in tempore Henrici Regis, novem hidæ, quæque de quinque virgatis. Et adhuc sunt.

---

[1] *quadraginta*] Qandraginta, MS.

Et decima hida est in nemore Walberg per[1] præceptum Henrici Regis.

Et ipsa villa, in tempore illo, reddebat decem libras.

Cum hoc instauramento.

Duo aratra fuerunt tunc in curia. Et quinque porci ogastres, cum una sue.

Et hi fuerunt libere feudati, in diebus illis.

Radulfus filius Bernardi habuit dimidiam hidam.

Henricus Lenveise, tres virgatas.

Eustachius, quatuor virgatas.

Robertus filius Godrici, unam hidam, scilicet, quinque virgatas.

Et Ecclesia possidebat tunc novem acras terræ, et unam acram de prato, et unam virgatam, et Henepcroft.

Et post mortem Regis Henrici, Osmundus Presbiter acquisivit Ecclesiæ unam virgatam, ab Waltero Abbate.

Et unam croftam, quæ solebat operari una die a Sancto 53 f. b.
Michaele[2] usque ad Caput Augusti, et in Augusto duobus diebus.

Et dimidiam acram de dominio.

Et hi fuerunt ad censum in tempore Henrici Regis.

Radulfus filius Bernardi, unam virgatam, pro sexdecim denariis.

Willelmus filius Hildegari, unam virgatam pro sexdecim denariis.

Willelmus filius Rogeri, unam virgatam, pro quatuor solidis, et sex denariis. Et est quietus ab omni servitio.

Alanus Foristarius, dimidiam virgatam, pro sexdecim denariis.

Præter[3] hæc omnia sunt ibi quadraginta octo denarii ad mercedem, de quibus duæ partes reddunt per annum septem solidos, et unum denarium.

Radulfus Præpositus habet unam croftam, pro sex denariis.

Achari, unam croftam, pro duodecim, denariis; et unam rodam, pro duobus denariis.

In tempore Henrici Regis fuerunt ibi viginti quatuor virgatæ ad opus.

---

[1] *per*] pe, MS.

[2] *Michaele*] Michæle, MS.

[3] This passage which is clearly not correctly written is marked in the manuscript by a cross placed in the margin.

Et hoc fuit servitium unius cujusque virgatæ.

A festo Sancti Michaelis usque ad Caput Augusti, excepto Dominico, et Pascha, et Pentecoste, duobus diebus operatur; et tercia arat. Et in Augusto, quam diu messis durat, unaquaque die in hebdomada, præter Sabbatum,[1] cum uno homine, operatur. Et post messem intrabit in opere annuali. Et dat duodecim denarios ad heusire; et tantum avenæ quantum potest sufficere ad seminandum unam rodam; et unum obolum[2] ad allec. Et arat dimidiam acram, et seminat[3] illam cum suo semine, et occat illam, et metit in Augusto, et colligit, et deducit ad curiam, cum custamento suo, et erit liber ab opere. Et cum opus fuerit, corriget sepem curiæ, duas perticas in longum. Et si pastus fuerit in nemore, dabit pro porco perannato unum denarium, et pro hoggo unum obolum,[2] et pro sue nihil. Et ad Natale Domini dat unam gallinam, et ova ad Pascha.

Et homines de villa, communiter, quatuor carratas feni deducent usque ad Ramesiam, per annum, cum custamento suo; et firmarius deducet quintam carratam. Et averabunt omnes, qui sunt ad opus, infra comitatum.

Et ad unam hidam deducent duas caratas lignorum ad curiam Abbatis, cum custamento suo.

Hi sunt, qui terram acceperunt post mortem Henrici Regis Senioris.

f. 54. Robertus filius Godrici, quindecim rodas de prato et quatour acras terræ.

Willelmus filius Hildegari, unam acram prati.

Radulfus filius Bernardi, quatuor acras et dimidiam.

Peverel, duas acras, pro duobus denariis.

Henricus Lenveise, unum essartum.

Willelmus filius Gunnildæ, dimidiam rodam.

Et hæc sunt modo instauramenta curiæ.

Aratrum unum, de octo bobus quorum qu[ ][4] solidorum. Et centum oves, quæque quinque denariorum.

---

[1] *Sabbatum*] Sabatum, MS.
[2] *obolum*] obulum, MS.
[3] *seminat*] semenat, MS.
[4] *qu*[ ] *solidorum*] A blank is left in the MS. after the letters *qu*, the rest of the word having been erased.

DCLXXII.

[*Scutlingdon et Pekesden.*]

Apud Scutlinged[on], et apud Pekesden, fuerunt in tempore Regis Henrici, et adhuc sunt, viginti hidæ, de quatuor virgatis unaquæque.

Et reddeba[n]t, in diebus illis, viginti novem libras, cum hoc instauramento.

Apud Peke[s]den fuerunt duo aratra, quodque de duobus bobus, et quatuor equis. Quisque boum et equorum quatuor solidorum. Et ducentæ oves.

Ad curiam de Scutl[ingdon] erant tria aratra, de viginti quatuor bobus. Quisque quatuor solidorum. Et decem vaccæ, et unus taurus, et viginti juvenci. Et quinquaginta porci, triginta perannati, et cæteri hogges. Et unus equus occator.

Isti fuerunt libere feudati in tempore Henrici Regis.

Ebroinus habuit duas hidas, et dimidiam, libere. Et sequebatur comitatum, et hundredum, et placita Abbatis.

Et unam virgatam, pro qua dabat duos solidos pro omni servitio.

Et sexaginta acras de esarto, de dominatione Reginaldi Abbatis.

Unam acram de prato, per solidum monachorum.

Silvester tenuit duas hidas liberas. Et sequabatur comitatum, et hundredum, et placita Abbatis.

Et sexaginta acras de dominio, pro decem solidis. Et fuit liber ab omni servitio.

Johannes de Hairum, dimidiam hidam, pro quinque solidis. Et sequebatur placita Abbatis.

Ad Ecclesiam pertinent quinque virgatæ terræ. Pro quibus persona debet esse quartus homo coram justiciis, cum custamento suo.

In diebus illis fuerunt ibi triginta virgatæ, omnes ad censum. Unaquæque dabat viginti duos denarios, et defendebat erga Regem.

Et præter has, erant etiam ibi quinque virgatæ, quæque pro quinquaginta denariis.

Et triginta duo virgatæ, ad opus, et dimidia.

Duo molendina, quæ ibi sunt, reddebant tunc viginti solidos, et modo triginta.

Et molendina apud Hikelef[orde] dabant tunc quatuor
f. 54 b. marcas; et pascebant unum porcum firmario, a festo Sancti Michaelis usque Natale. Et modo non dant nisi duodecim solidos.

Walterus, frater Willelmi, Prioris de Sancto Yvone, habet de novo, quæ fuerunt ad opus, duas virgatas, et dimidiam, et tres croftas, quarum quæque operabatur dudum duobus diebus in hebdomada; et unum esartum, quod reddebat quinque solidos; et mansum suum, pro sexdecim denariis; et unam croftam Wine, quæ solebat reddere sex denarios. Omnia hæc tenet pro decem solidis.

Hoc est servitium unius cujusque virgatæ de his, quæ sunt ad opus.

Duobus diebus operatur in hebdomada, et tertia arat dimidiam acram. Et præter hoc arat in hieme unam rodam, et seminati cum suo semine. Et dimidiam acram arabit, quam non seminabit. Et dat unam mensuram de avena in Quadragesima. Et occat totum, quod arat. Et in Augusto metit duas rodas, et colliget, et deducet ad curiam, cum custamento suo. Et veniet ad preces firmarii. Et quam diu Augustus durat, ab arura liber est. Et in tempore feni falcabit dimidiam acram in prato domini, et colliget, et deducet ad curiam, cum custamento suo. Et portabit averagium ad Londonias, vel ad Ramesiam, cum suo custamento, infra quindecim dies semper.

DCLXXIV.

[*Burewella.*]

Hi fuerunt libere feudati apud Burewellam, in tempore Henrici Regis, sicut est juratum ab omnibus hominibus fidelibus ipsius villæ.

Gaufridus, pater Michaelis Clerici, habuit duas virgatas de libero feudo, pro quibus sequebatur comitatum et hundredum. Et quietus fuit.

Sed, secundum testimonium proborum hominum, antiquitus reddebat terra illa quinque solidos ad censum.

Michael Clericus, post mortem prædicti Galfridi, patris sui, tenuit præter has tres [1] virgatas, unam virgatam, quæ fuit ad

[1] tres] So in MS., but his father is said above to have had *duas virgatas*.

opus, tempore Henrici Regis. Et dedit pro illa quinque solidos annuatim. Et fuit quietus ab omni servitio.

Et præter hoc, habuit idem Michael duas acras, quæ fuerunt de dominio, tempore Henrici Regis.

Guido, pater Johannis, tenuit unam hidam, pro viginta solidis. Et fuit quietus ab omni servitio.

Quam hidam Johannis, filius ejus, postea tenuit.

Et præter hoc idem Johannes tenuit unam virgatam, et dimidiam, quando fuit firmarius, sine opere. Quæ debet esse f. 55.
ad opus.

Radulfus filius Ricardi tenet tres virgatas, libere. Pro quibus sequebatur, comitatum et hundredum.

Unde, secundum testimonium proborum hominum, pater ejus reddebat quadraginta denarios.

Et ipse Radulfus nihil dat pro eis.

Walterus Buist, tenuit dimidiam hidam, quietam in tempore suo.

Quam Johannes filius Guidonis postea tenuit, similiter quietam.

Hugo Decanus habet unam virgatam, et tres croftas, quæ fuerunt antiquitus ad opus. Et dat pro eis modo septem solidos. Et est quietus ab omni servitio.

Nicholaus filius Ordgari tenuit duas virgatas.

Pro una earum pater ejus solebat dare septem solidos, in tempore H[enrici] Regis. Et fuit liber ab omni servitio.

Et pro altera, quidam Humfridus dedit decem solidos, habens faldam quietam. Et arabat omni die Lunæ dimidiam acram, sicut cæteri homines. Et dabat auxilium præpositi.

Pro hiis autem duabus virgatis, modo dat idem Nicholaus duodecim solidos. Et arat sex acras. Et nullum dat auxilium.[1]

Qui habet unam virgatam plenam, debet arare, omni die Lunæ, dimidiam acram; et operari, sexta feria, quod ei injungetur a firmario; a festo Sancti Michaelis usque ad Pentecosten, excepto Natali Dominico, et Pascha, et Pentecoste. Et a Pentecoste usque ad Caput Augusti debet operari duobus diebus in hebdomada, scilicet, quarta et sexta feria; et arare similiter. Et a Capite Augusti usque ad Natale Sanctæ Mariæ operabitur quatuor diebus. Et præter hoc, metet duas acras, et tunc habebit cibum suum; et deducet, cum custamento suo, in curiam, quatuor carrecatas frumenti, et quatuor de avena. Et dabit duos solidos, et sex denarios, ad

---

[1] Two lines are here left blank in the MS.

censum, et ad auxilium firmarii. Et dabit duas mensuras de avena, et unam gallinam, ad Natale; et ova ad Pascha. Et portabit firman Abbatis ad Ramesiam, cum custamento suo, quotiens firmarius voluerit; et dum hoc fecit, quietus erit ab opere unius diei. Et fecit brasium et grut de blado firmarii, cum custamento suo.

Ailricus de Reche tenet duas croftas, unam pro sexdecim denariis, et alteram pro opere.

Walterus Faber tenet unam croftam, quæ fuit de dominio
f. 55 b. antiquitus. Et præter hoc, viginti quatuor acras, et faldam quietam, pro septem solidis. Et arat omni die Lunæ rodam et dimidiam. Et dat sexdecim denarios et obolum[1] ad censum. Et metit acram et dimidiam in Augusto.

Et præter hoc, habet terram patris sui, scilicet viginti duas acras, et unam croftam. Pro quibus facit ferramenta curiæ.

Willelmus Canterel tenet unam croftam, pro duodecim denariis.

Et alteram croftam habet, et viginti quatuor acras, pro quibus operatur.

Meremild habet unam croftam pro opere unius diei, quæ fuit ad opus duorum dierum.

Oswinus tenet unam croftam pro opere unius diei, quæ fuit ad opus duorum dierum; et viginti acras pro quibus operatur.

Molendinum, et terra super quam molendinarius sedet, solebat, in tempore Regis, Henrici reddere viginti solidos. Et molebat totam firmam gruti et brasii, absque theoloneo, et totum bladum ad victum firmarii, et servitium curiæ.

Molendinum de Hulmo, in tempore Henrici Regis, solebat reddere victum firmarii, et quatuor denarios. Modo vero, propter defectum aquæ, vix reddit sex denarios.

DCLXXV.

[*Bringtuna.*]

Apud Brungtunam fuerunt, in diebus Henrici Regis, quatuor hidæ, quæque de quatuor virgatis.

Et de his quatuor hidis tres, scilicet duodecim virgatarum, ad opus fuerunt, et sunt. Et reliquæ in dominio.

Et hoc fuit instauramentum in diebus illis.

Duo aratra. Et centum oves. Et unus equus occator. Et duæ vaccæ. Et quisque boum et vaccarum appreciatur [ ][2] bus solidis, et equus ejusdem precii.

---

[1] *obolum*] ubulum, MS.

[2] Part of the word has here been erased.

Et tunc reddebat ipsa villa, cum Westuna et Bitherna, plenam firmam.

Et quando fuerunt ad denarios sine firma, viginti et unam libram.

Et hoc est servitium uniuscujusque virgatæ.

Duobus diebus operatur in hebdomada per annum, a festo Sancti Michaelis usque ad Augustum, et tertia die arat. Et in Augusto, quam diu messis durat, inveniet duos homines in hebdomada ad operandum, et unum hominem ad cooperiendam grangiam, quando opus fuerit. Et si homines villæ citius f. 56.
compleverint messionem suam quam firmarius, omnes venient, et adiuvabunt eum cotidie. Et dabit sexdecim denarios de heusire. Et faciet unam mittam brasii, de blado firmarii. Et habebit onus suum de stramine in curia. Et erit liber, pro hoc, ab opere unius diei. Et averabit per comitatum. Et arabit dimidiam acram in hieme, et seminabit cum suo semine, et occabit, et metet, et deducet ad curiam, cum custamento suo. Et falcabit dimidiam acram prati, et colliget, et deducet ad curiam. Et dabit tertiam partem unius ringæ avenæ.

Quatuor cotlandiæ fuerunt ibi in diebus illis, et modo sunt.

Quarum una reddit octo denarios ad censum.

Et cæteræ sunt ad bovarios faciendos; vel si firmarius voluerit, quæque earum dabit duodecim denarios.

Et quinta cotlandia ibi erat, quæ solebat operari omni die Lunæ. Et in Augusto, duobus diebus. Et averabat. Et dabat duodecim gallinas. Et modo est cotlandia illa dispersa.

Et quatuor simul virgatæ deducent ad curiam duas carratas lingnorum, vel spinarum. Et unaquæque virgate erit liber a servitio unius diei.

Et una quæque virgata dabit unum equestrem summam de lignis, et erit liber a servitio unius diei.

Et quando vannarius de Ramesia venerit illuc, omnes venient excutere bladum, ad faciendam firmam.

DCLXXVI.

[*Westuna.*]

Apud Westunam fuerunt, in tempore Henrici Regis, decem hidæ, quæque de quatuor virgatis.

Et tres carrucæ in dominio, quæque de octo bobus. Et duo equi occatores. Et quisque boum et equorum, in pretio trium solidorum. Et quinque vaccæ ejusdem pretii. Et ducentæ oves. Et viginti porci, et unus aper.

Et cum isto instauramento, et cum aliis duabus villis, scilicet, Bringtuna et Bitherne, reddebat plenam firmam in omnibus.

Et quando fuit sine firma, dabat viginti et unam libram, in denariis.

In diebus illis tenuit Fulco unam hidam, libere.

Et Alfwinus, libere, dimidiam.

Et Ailricus Presbiter dimidiam, libere.

Et viginti tres virgatæ fuerunt ad operationem, et tres cotlan-
f. 56 b. diæ, et tres terræ bovariorum, et quinque acræ ad oppilionem.

Et totum, quod super erat, fuit in dominio.

Hoc est servitium unius virgatæ, quæ est ad operationem.

Duobus diebus in hebdomada operatur, et tertia arat, a festo Sancti Michaelis usque ad Caput Augusti. In Augusto quatuor diebus operatur in hebdomada. Et ter facit preces firmarii, et comedit[1] cum eo totidem vicibus. Et arat in hieme dimidiam acram, et seminat eam cum semine suo, et occat, et metit in Augusto, et colligit, et ducit ad domum, cum custamento suo. Et dat tertiam partem unius ringæ avenæ. Et facit unam mittam brasii de blado Domini. Et contra Natale, dat unam gallinam, vel decem ova. Et ad Pascha, similiter, ova. Et ad festum Sancti Benedicti respectum facit dominio. Et falcat dimidiam acram feni, et parat eam, et coadunat, et ducit ad domum. Et excutit quartarias, et ducit ad molendinum. Et in die Dominica portat Ramesiam. Et de quatuor virgatis habebit firmarius unam carratam lignorum. Et contra Natale, de duabus virgatis unam traham lignorum; et unam traham de virgis, ad faldam. Et unam diem debent, ad tegendum horreum, in Augusto. Et ibunt ad Hamtonam cum præbenda domini. Et averabunt per comitatum. Et dabunt, de una virgata, sexdecim denarios, de heusire.

Ricardus filius Fulconis tenet modo, libere, unam virgatam, quæ fuit in tempore Henrici Regis ad operationum; et unam croftam, quæ solebat dare duos denarios.

Et Jordanus, unam acram, et dimidiam, et tres rodas. Quod totum fuit, dudum, ad opus.

Hæc sunt instauramenta curiæ modo.

Tres carrucæ de viginti quatuor bobus. Quisque ad pretium trium solidorum, et sex denariorum.

---

[1] *comedit*] commedit, MS.

DCLXXVII.

[*Bitherna.*]

Apud Bithernam fuerunt, in tempore Henrici Regis, quatuor hidæ, quæque de quatuor virgatis.

Et hoc fuit instauramentum ejus tunc.

Duæ carrucæ de sexdecim bobus. Quisque boum ad pretium trium solidorum. Et unus equus occator, ejusdem pretii.

Undecim virgatæ fuerunt tunc ad opus.

Et undecim cottarii, quorum quisque, omni die Lunæ, opera- f. 57.
batur, a festo Sancti Michaelis usque ad Caput Augusti. Et in Augusto duobus diebus operabatur.

Et una virgata fuit in dominio.

Et idem servitium, quod Homines de Westuna faciunt pro suis virgatis, et isti faciunt pro suis, excepto quod non falcant, quia deest pratum.

Terra quæ fuit Eulardi, scilicet, dimidia hida, fuit in dominio Regis Henrici.

Et Gocelinus Crassus tenuit, tunc, unam virgatam, et dimidiam, libere. Et defendebat villam in sira et hundredo. Et portabat brevia Abbatis, et præsenta, per comitatum, et usque ad Norhamtonam. Et si ultra procederet, fuit ad custamentum domini.

Modo autem, post mortem Regis Henrici, Henricus de Winchentona tenet terram Heulardi, et terram ejusdem Gocelini, pro eodem servitio.

Et habet dimidiam virgatam, quæ fuit dudum ad operationem.

Et unam croftam. Pro qua habebat firmarius, dudum, servitium unius diei in hieme, et duorum in Augusto. Et ter in anno, portabat ejus possessor ova, vel aliud quidlibet, Ramesiam.

DCLXXVIII.

[*Grettona.*]

Apud Grettonam fuerunt, in tempore Henrici Regis, duæ carrucæ in curia, sexdecim boum. Quisque boum ad pretium trium solidorum. Et unus equus occator, ejusdem pretii. Et centum viginti oves, quæque quatuor denariorum.

Et sexdecim virgatæ erant ibi ad opus; et una virgata ad censum quinque solidorum.

Et totum reliquum erat in dominio.

Hoc est servitium unius virgatæ.

A festo Sancti Michaelis usque ad Natale, operatur duobus diebus in hebdomada, et tertia die arat dimidiam acram. Et a Natali usque ad Purificationem Sanctæ Mariæ, operatur tribus diebus in hebdomada, sine arura. Post Purificationem usque ad Caput Augusti, operatur duobus diebus, et tertia arat. Et a Capite Augusti usque ad festum Sancti Michaelis, tribus diebus operatur in hebdomada, et quarta ad preces firmarii.

Et ad Natale[1] plena virgata dat quatuor gallinas.

Et dimidia virgata duas.

Et tertia pars virgatæ duas.

Et una tofta unam.

Et plena virgata cum toto hoc servitio dat tres solidos per annum.

Aluricus de Histuna tenuit, in diebus Henrici Regis, septem
f. 57 b. acras, et dimidiam acram, pro duobus solidis. Et nunc tenet Robertus Strut eandem terram.

[ ][2] tantum alterius, unde possunt colligi quatuor carratæ feni, totum pro viginti octo denariis.

Ad ecclesiam pertinent viginti acræ, et una crofta. Et una altera crofta adjacet modo ecclesiæ. Quæ fuerunt in dominio in diebus Henrici Regis.

In tempore Regis Henrici fuerunt ibi octo hidæ, et modo sunt, sed non defendit nisi pro quatuor. Et reddebat tunc decem libras cum supradicto instauramento. Modo vero dat decem libras.

Cum tres carrucis duodecim boum et quatuor equorum. Et centum ovibus. Et uno occatore.

Cujus pretium sunt tres solidi, et quatuor denarii.

Et uniuscujusque boum similiter.

DCLXXIX.

[*Lincolnisira.*]

Hæc sunt tenementa pertenentia ad Rameseiam, in Lincolnisira, quæ tenet Galfridus Selveun, et ejus tenentes.

Ipse Galfridus et Aeliz de Armenteres decem bovatas in Craneuuell.

---

[1] *Natale*] Nathale in MS.

[2] A blank space in MS.

Item illi de templo de Anehethe, quatuordecim bovatas in Cranewelle.

Item illi de Hauerholme, dimidiam carucatam terræ in Cotelande, in Dirintona, et dimidium molendinum, scilicet de Tiwle.

Item illi de Hauerholme, in villa de Querient[ona] dimidiam carucatam terræ.

Item Alexander de Lafforde unam carucatam terræ in villa de Magna Lafforde.

Et in villa de Querint[onà] unam bovatam et dimidiam.

Item magister Willelmus de Branzwelle dimidiam carucatam terræ in Cranewelle.

Item illi de Simpligham, in villa de Cranewelle dimidiam carucatam terræ, et triginta quatuor acras, et pasturam trecentum bidentium.

Item Adam de Cressi duas bovatas in Cranewelle.

DCLXXX.

[*Wystowe.*]

Dicunt quod tempore quondam Ricardi[1] Abbatis, quo Walterus de Styvecle fuit Senescallus Rameseiæ, quidam Johannes filius Pagani de Wystowe implacitavit coram Justiciariis Itinerantibus Simonem Braciatorem, de illa virgata terræ, quam Ricardus clericus modo tenet. Et eo quod fuit infra Banleucam Rameseiæ, dictus Senescallus habuit returnum usque ad Smythescrofte. Ubi attingtum fuit, quod dicta terra debuit serviles consuetudines. Videlicet, ad Pascham ad tallagium decem denarios. Et ad festum Sancti Michaelis secundum quantitatem averiorum suorum. Ad auxilium vicecomitis per annum sex denarios. Ad warthsilver quadrantem. Ad wethersilver unum denarium. Et in qualibet septimana unam aruram, sicuti alii de villa. Et ad quamlibet precariam carucarum, cum caruca sua, sicut alii de villa. Et quando ordeum seminatur, debet unam aruram unius selionis de lovebone, sicut et alii. Et in omni loco, quo villata amerciata sit, debet cum eadem participare. Et omnia ista servitia Simon Braciator, pro eadem terra, toto tempore suo,

---

[1] Richard, Abbot of Selby, who was Abbot of Ramsey, A.D. 1214 to 1216. This document and those which follow are written in a different hand from the preceding custumaries.

fecit. Et Thomas filius suus similiter, post decessum patri sui. Et est in hyda cum villanis.[1]

DCLXXXI.

[*Bernewelle.*]

58. Willelmus Phythien tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Relicta Selde ate Grene tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Emma Vidua tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Andræas le Gydie tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Ricardus Carpentarius tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Benedictus tenet unum mssuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro servitio, quæ et Alexander.

Rogerus de Coleville tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Robertus Russel tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Ricardus Stacy tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Johannes de Kestan tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Relicta Alexandri Berenger tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Willelmus Præpositus tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Relicta Teobaldi de Fonte tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Gunnilda Vidua tenet unum mesuagium, et unum virgatam terræ, pro una marca, ad dictos terminos. Et inveniet quatuor carucis domini tam acerem quam ferrum. Et faciet ferramentum carucarum. Et ferrabit octo affros pedibus præambu-

[1] On the bottom margin of this page, f. 57 b, the following couplet is written:—

Sunt tria gaudia, pax, sapientia, copia rerum;
Hæc tria dirruit, hæc tria destruit ars mulierum.

latis, ad sumptum suum proprium. Et faciet lovebones et Bedripes.

Robertus filius Præpositi tenet unum mesuagium, et dimidiam virgatam terræ, pro omnibus servitiis, quæ et Alexander.

Et sciendum, quod ipse qui Præpositus est, nihil faciet, nec dabit, præter dimidiam marcam, pro omnibus servitiis, dum tenet ballivam præpositi.

Præterea, omnes isti supradicti respondebunt pro tribus hydis terræ, quando scutagium evenerit.

Et quælibet virgata terræ inveniet ad aulam unum vas, tam sæpissime quam dominus faciet braciare.

Et est summa denariorum de bondis, decem libræ.

Summa denariorum quæ vocantur physsiluer, per annum, quindecim denarii.

Redditus liberum hominum domini Berengeri le Moyne, per annum, in villa de Bernewelle, solvendus ad duos anni terminos.

De Thoma le Moyne, ad duos terminos, per annum, pro omnibus servitiis, duos solidos.

De Thoma de Bernewelle, ad dictos terminos, pro omnibus servitiis, octodecim denarios.

De Reginaldo de Beaumis, ad dictos terminos, pro omnibus servitiis, quinque Marcas.

De domino Ricardo de Hemingtone, per annum, pro omnibus servitiis, sex denarios.

De Magistro Jordano, per annum, pro omnibus servitiis, duo paria albarum cerotecarum.

De Radulpho Fabro, ad dictos terminos, pro omnibus servitiis, duos solidos.

De Johanne Marschallo, pro omnibus servitiis, per annum, obolum.

De Teobaldo Wolgar, pro omnibus servitiis, per annum, obolum.

De terra quondam Henrici Clerici, pro omnibus servitiis, per annum, sex denarios.

De heredibus quondam Roberti le Moygne, pro omnibus servitiis, unam libram piperis.

De Ada Coco, pro omnibus servitiis, per annum, duo altilia.

Salvo[1] forinseco servitio.

---

[1] *Salvo . . . servitie*] In the MS. these words are written after a bracket, which includes all the tenants' names from Thomas le Moyne to Adam Cocus.

Summa totius redditus liberorum, per annum, septuaginta et tres solidi, tres denarii.

Redditus de coterellis, per annum.

De Ada le Ropere, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De Henrico le Webestere, duodecim denarios, tres gallinas, unum gallum.

De Waltero Bercario, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De Henrico Preger, quatuor solidos, tree gallinas, unum gallum.

De Rogero Crane, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De Cristiana Crestemasse, duodecim denarios.

De Thoma le permeter, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De Ada Niht, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De eodem Ada Niht, viginti denarios.

De Jordano, sexdecim denarios.

De Radulpho Fabro, duos solidos.

De Willelmo Hutheman, duos solidos.

De uxore Henrici Peverel, duos solidos.

De Johanne Marescallo, quatuor solidos.

De Johanne Sutore, duodecim denarios, tres gallinas, unum gallum.

De Willelmo de Thernigge, tres solidos, tres altilia.

De Willelmo de Cloptone, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De Willelmo Wyhttewatere, duos solidos, sex denarios, duo altilia, duas gallinas.

De Matefrey de Crowethorpe, duos solidos, tres gallinas, unum gallum.

De Andrea Bolle, duos solidos, duo altilia.

De Relicta le Gardiner, sexdecim denarios, tres gallinas, unum gallum.

De Hedelina, sexdecim denarios, tres gallinas, unum gallum.

De Roberto le Gard[iner][1] sexdecim denarios, tres gallinas, et unum gallum.

Summa denariorum, quadraginta et sex solidi.

Summa totius, sexdecim libræ, sex denarii.

---

[1] *Gardiner*] The end of this word is illegible from a stain in the MS.

DCLXXXII.

[*Memoranda.*]

Memorandum quod J. de Helpest liberavit Sandir die Martis proximo ante Natale Domini anno H. Abbatis decimo, viii. mappas et iiii^{or} ceilis novas, quorum duo sunt de xxvi. ulnis et alii duo de xiii. ulnis. Item xiiii. ceilys veteres. Item vi. manutergia parva. Item v. longa manutergia quorum quilibet continet duo. Item tria manutergia ad panem portandum. Item iiii^{or} manutergia ad serviendum. Item v^{que} wardenapis. Item duo pore' vetera et ii. nova. f. 58 d.

Memorandum quod Andreas Pistor tenetur in decem et vii. solidis et iiii. denariis.

Memorandum quod dominus Ricardus Schendow.

Tenetur mihi de firma, de Hyest', in xx. libris x. solidis.

Reginaldus de Frowik et de quieta clamancia Aliciæ de Frowyk matris ejusdem Reginaldi.

Literæ acquietanciæ xv^{e} traditæ Roberto de Hale de centum et xxvii. libris vi. solidis et octo denariis.

Item alia litera regalis eidem tradita de quaterviginti et x. libris. Item in eadem litera de mille ducentis et xv. libris.

Item tercia litera regalis eidem tradita de xx. libris.

Item quarta litera regalis eidem tradita de c. quater viginti ix. libris et x. solidis.

DCLXXXIII.

[——————.]

Ego Stephanus de Walsoken clericus, procurator Domini Abbatis Ramesiæ, propono pro domino meo quod dominus Episcopus Eliensis vicesimam de bonis temporalibus neque de maneriis ipsius Abbatis exigere de jure potest neque debet, potissime cum vicesima de temporalibus neque de maneriis prælatorum in subsidium exheredatorum nunquam fuit concessa, nec in aliis episcopatibus regni hujusmodi vicesima a nobis exigitur. Quare ego procurator apello dominum Roffensem pro statu domini mei ne aliquid in præjudicium ejusdem attemptetur occasione exactionis hujusmodi vicesimæ de temporalibus. Apello etiam ob eandem causam, si necesse fuerit, curiam Cantuariensem et peto apostolos. Præterea cum domino meo esset demandatum auctoritate Episcopi quod sibi dictam vicesimam solveret, vel commissariis suis, et cum petita esset copia commissionis dicti Episcopi ab officiali et commissariis ejusdem Episcopi, absente Episcopo, dictus officialis dicto

procuratori copiam ejusdem contra justiciam denegavit, quare dictus procurator apellavit ut prius, et quia denegavit sibi apostolos appellavit ut prius.

DCLXXXIV.

[*Elynthon.*]

f. 8. . . libertus de Mala Spina resignavit Ecclesiam de Elynthon per procuratorem in conspectu Legati quia miles est effectus. Et Dominus Legatus contulit ecclesiam predictam Magistro Jacobo de Sancto Donato, quiquidem Jacobus non habet procuratorem in Anglia, sed Magister Johannes Rogamundi nomine ejusdem Magistri Jacobi in ductus est in corporalem possessionem ejusdem ecclesiæ per Archidiaconum Huntedoniæ auctoritate Legati ut dicitur.

DCLXXXV.

[*Operarii, etc.*]

Nomina carpentariorum domus farinæ.

Servitores { Ricardus. Galfridus.

Dike.
Robertus.
Johannes.
Reginaldus.
Hugo.
Petrus.
Sorules.
Gilbertus.
Rogerus.

Pro istorum servitio liberati fuerunt Rogero carpentario die dominica post Nativitatem beatæ Mariæ, xix. s. et vi. d.

Nomina garcionum recipient tes (*sic*) denarios ad Pascham.

Michaelis	ii. s.	
Ricardus de Wauberge	ii. s.	
Sandre	ii. s.	quietus.
Radulphus nuncius	ii. s. vi. d.	
Johannes de Lenns	ii. s. vi. d.	quietus.
Johannes de Cramfeld	ii. s.	
Robertus Chacede	ii. s.	quietus.
Johannes Longher'	ii. s.	quietus.
Robertus Warwic'	ii. s.	quietus.
Johannes venator	ii. s.	quietus.

Hugo Noreys	ii. s.	quietus.
Robertus de Celario	ii. s.	quietus.
Petrus Caretarius	iii. s. iiii. d.	quietus.
Simon Marscallus	ii. s.	quietus.
Thomas de Hentl'	ii. s.	
Reynerus	ii. s.	quietus.
Mauritius	ii. s. vi. d.	quietus.
Thomas Parvus	ii. s.	quietus.
Curteys	ii. s.	quietus.
Steffan	ii. s.	quietus.
Bongrand'	iii. s. iiii. d.	quietus.
Ricardus Caretarius	ii. s.	quietus.
et Rogerus socius ejus	ii. s. nihil.	
Simon Garland	ii. s.	quietus.
Rogerus custos cingnorum	ii. s.	quietus.
Godefridus piscator in respectum ponitur.		
Molendinarius	ii. s.	
Asman	xviii. d.	
Robertus Marescallus	ii. s.	quietus.
Adam pistor	iii. s. iiii. d.	quietus.
Robertus de Stocton'	ii. s.	

Nomina garcionum qui receperunt denarios de fratre R. de Doddeford ad Pascham anno domini H. Abbatis x°.

Michaelis	ii. s.	quietus.
Hugo Noreys	ii. s.	quietus.
Saundre	ii. s.	quietus.
Johannes Venator	ii. s.	quietus.
Robertus de Warewych	ii. s.	quietus.
Robertus Chacede	ii. s.	quietus.
Johannes Togod	ii. s.	quietus.
Robertus de Celario	ii. s.	quietus.
Beausgraunt	xl. d.	quietus.
Petrus Caretarius	xl. d.	quietus.
Johannes de Lenns	ii. s. vi. d.	quietus.
Mauricius nuncius	ii. s. vi. d.	quietus.
Simon Marescallus	ii. s.	quietus.
Reynerus	ii. s.	quietus.
Robertus de Stocton'	ii. s.	quietus.
Thomas Parvus	ii. s.	quietus.
Curteys	ii. s.	quietus.
Stephanus de Hontl'	ii. s.	quietus.
Ricardus Caretarius	ii. s.	quietus.
Philippus Caretarius	ii. s.	quietus.
Simon Garland	ii. s.	quietus.
Robertus le ferrur	ii. s.	quietus.

Adam Pistor	xl. d.	quietus.
Godefridus Piscator		
Custos cignorum	ii. s.	quietus.
Molendinarius	ii. s.	. . i . . .
Asseman	xviii. d.	
Ricardus Wauberg	ii. s.	quietus.
Johannes Caretarius	ii. s.	

DCLXXXV.

[*Venditiones, etc.*]

f. 8. Die dominica proxima post Nativitatem Beatæ Mariæ recepimus de Richardo de Barthona pro frumento vendito, lxiii. s. Pro . . . venditis, xli. s. De bacone, xxxi. s. Expensæ inde Willelmo de Camera pro stipendiis messorum in autumpno, xii. s. et x. d. et prius recepit idem Willelmus ad opus messorum, ix. s. Waltero Marescallo pro messoribus apud Riptonam, xxviii. d. et prius habuit, ix. s. Item pro stipendiis decimatorum, ix. s. vi. d.

Eodem die recepit Willelmus de Camera, xxx. s. pro residuo compoti et est quietus de omnibus usque ad hunc diem.

. . xii. s. et x. d.

Eodem die recepimus de præposito de Walda de ovibus venditis, xxx. s. De Heusira, xxx. s. De hundredigelda, ix. s. v. d. ob. q.

Die lune proxima post festum Sancti Leodegarii anno domini H. Abbatis vii° liberati fuerunt, viii. l. xvi. s. viii. d. pro pensionibus solvendis subscriptis per manum W. le Chamberlan.

Waltero de Oddingham, xx. s.

Johanni de Halingbiri, ii. marcas.

Laurencio de Broc, xx. s.

Johanni de Romeshia, x. s.

Andreæ Croc, Johanni de Pageham, Ricardo de Boilond', Johanni de Stilton, Willelmo de Scirebec, ii. marcas et dimidium. Filio Spinelli, v. marcas. Domino Regi, xxv. l. In expensis Willelmi Chamberlani, xx. s. Et inde remis it Johanni, iiii. solidos, viii. d. Eodem die recepit Johannes, xiiii. s. viii. denarios unde Richardo de Novo loco, v. s. et præposito de Cranfelda, v. s. Eodem die tulit prepositus de Aylintone, lx. solidos, unde dedit celerario xl. solidos pro frescingis, x. solidos super talliam, dimidiam marcam pro allecie camerario, x. d. pro filo in bracino, viii. d. pro candela, et inde remisit xxii. d. Johanni de Helpost'.

Die mercurii proxima post festum Pasche liberati fuerunt domino Willelmo Camberlano pro nundinis Sancti Yvonis, xxv. l. Item pro cuppa ad opus Regis, x. marcas. Item Waltero de Odiham, xx. s. Item Johanni de Ramesia, x. s. Item Andreæ Croc, Johanni de Pakeham, Ricardo de Boylond', Jacobo de Stilton, Willelmo de Scirebec, ii. marcas et dimidiam. Item die Jovis proxima sequente liberati Magistro Roberto de Beverle, xiii. l. xiii. s. et iiii. d. Anno viii.

Die veneris liberati Johanni de Sulgrave ad opus vicecomitis, iiii. l. xi. s. ii. d. ob.

Memorandum quod vina nostra anno viii° empta fuerunt pro xlviii. l. xiiii. s. et v. d. per manum Johannis Page xx. dolia.

Memorandum quod dominica proxima post festum Sancti Michaelis anno domini H. Abbatis viii° liberati fuerunt Willelmo Camberlano pro pensionibus, viii. l. xvi. s. viii. d.

Waltero de Odingham, xx. s.

Johanni de Halingbiri, ii. marcas.

Laurencio de Broc, xx. s.

Johanni de Ramesia, x. s.

Andreæ Croc, Johanni de Pakeham, Ricardo de Boylond, Johanni de Stilton', Willelmo de Scirebec, ii. marcas et dimidiam. Item filio Spinelli, v. marcas. In expensis Magistri Ricardi Crocheman et W. Camberlani, xx. s.

Summa xxxv. l. xvi. s. viii. d.

Item eodem die Gotte Ape ad plumbum emendum, xli. l. xxii. d.

DCLXXXVI.

[*Styvecleya.*]

Redditus assisæ de tenentibus de feodo Johannis Lenveyse in Parva Styvecleya. f. 9.

Adam de Stowe tenet libere x. acras terre et dimidiam acram prati de feofamento Johannis Lenveyse et medietatem capitalis messuagii per servicium v. solidorum domino Abbati solvendorum ad duos anni terminos, scilicet ad Pascham et ad festum Sancti Michaelis, et faciet duas sectas ad curiam de Brouctona per annum et forinsecum servicium Domini Regis.

Idem Adam tenet de eodem feodo xvi. acras et dimidiam terræ cum prato ad firmam de domino Abbate pro xvi. s. vi. d. eidem solvendis ad prædictos terminos.

Willelmus le Wyte tenet de eodem feodo xvi. acras et dimidiam terræ ad firmam de eodem domino Abbate pro xvi. s. vi. d. eidem solvendis ad prædictos terminos.

Simon Wale tenet de eodem feodo unum messuagium xii. acras terræ et dimidiam acram prati libere de feofamento Johannis Lenveyse per servitium vi. s. prædicto domino Abbati solvendorum annuatim ad prædictos terminos.

Gilbertus Sunning' tenet in villenagio de eodem feodo ix. acras terræ et dimidiam acram prati et unum mesuagium, solvendo inde annuatim domino Abbati iiii. s. v. d. ad prædictos terminos et debet dare tallagium et gersumam pro filia sua.

Simon Wale, junior, tenet de eodem feodo xi. acras terræ et dimidiam acram prati et unum mesuagium eodem modo et per idem servicium sicut Gilbertus prædictus.

Thomas Huwelot tenet de eodem feodo ix. acras i. rodam et dimidiam terræ cum prato et unum mesuagium eodem modo et per idem servicium sicut prædictus Gilbertus.

DCLXXXVII.

[*Memoranda.*]

Memorandum quod die veneris in hebdomada anno Domini H. Abbatis ix° soluti fuerunt Domino regi pro nundinis Sancti Yvonis, xxv. l. per manum domini Willelmi Camberlani.

Eodem die pro pensionibus subscriptis Waltero de Odyham xx. s., Johanni de Ramesia, x. s. Item Andreæ Croc, Johanni de Pakeham, Ricardo de Boylond', Johanni de Styventom', Willelmus Syrebec, Roberto de Leych, xl. s.

Item solutæ vicecomiti Huntindoniæ pro Wdehac, x. marcæ. Item pro hundredo de Hyrstingston pro villa Ripton Regis, viii. marcæ et pro assartis, xvi. s. Item Willelmo Camberlano ad expensas, xxx. s.

Solucione pensionum factæ per manum domini W. Camberlani ad festum Sancti Michaelis, anno H. Abbatis ix°:—

Waltero de Odingham, xx. s. Laurencio de Broc, xx. s. Johanni de Pakeham, vi. s. viii. d. Ricardo de Boylond', dimidia marca. Johanni de Ramesia, x. s. Andreæ Croc, dimidia

marca. Johanni de Stiventona, dimidia marca. Willelmo de Scyrebech, dimidia marca. Roberto de Lech, dimidia marca.

Summa iiii. li. x. s.

Willelmo Camberlano ad expensas, x. s.

Memorandum quod in crastino Sancti Yllari anno domini H. Abbatis Ramesiæ undecimo Dominus Willelmus Camberlanus recepit subscriptas pensiones subscriptis personis solvendas pro pensionibus suis de toto anno decimo ejusdem Abbatis.

Domino Nicholas de Turri, xl. s. Domino Waltero de Odingham, xl. s. Laurencio de Broch, xx. s. Johanni de Ramesia, xx. s. Andreæ Croch, xiii. s. iiii. d. Johanni de Stivinton, xiii. s. iiii. d. Roberto de Lech, xiii. s. iiii. d. Johanni de Pak . . . . , vi. s. viii. d. Ricardo de Boylande, vi. s. viii. d. Willelmo Schyrebech, vi. s. viii. d. Willelmo de Thornheg', xiii. s. iiii. d. Hostiario de Scaccario, de dono, dimidia marca.

Memorandum quod die veneris in hebdomada Paschæ anno undecimo Hugonis Abbatis liberati fuerunt domino Willelmo Camberlano, xxv. l. sterlingorum ad solvendum ad Scaccarium Domini Regis pro feria Sancti Yvonis ejusdem anni. Et ad pensiones subscriptis solvendas de eodem termino Paschæ —— s.

Domino Waltero de Oddingham, xx. s. Petro de Waltham, xx. s. Johanni de Ramesia, x. s. Andreæ Croch, vi. s. viii. d. Johanni de Pakeham, vi. s. viii. d. Ricardo de Boyland, vi. s. viii. d. Willelmo de Schirebech, vi. s. viii. d. Willelmo de Thornhegg', vi. s. viii. d.

Memorandum. In crastino Circumcisionis Domini anno f. 9 b.
domini H. Abbatis viii° solvit dictus Dominus H. celerario pro Torefeld, iiii. pondera de caseo.

Pro Elleswrda, ix. pondera.

Pro Wardeboys, iii. pondera.

Pro Wystowe, iii. pondera et dimidium.

Pro Upwude, iii. pondera et dimidium.

Status Talliarum.

Die lune proxima post festum Sanctæ Scolasticæ Virginis anno domini H. Abbatis viii°.

De farina, li. quarteria vii. R. et dimidius.

De gruto de firmis, lxxii. mittæ iii. R. iii. b.

Et sic debentur xi^{xx} iiii, mittæ gruti.

Recepta.

De braseo de firmis, vii^{xx} xvii. mittæ iii. R. et dimidia. Et sic debentur viii^{xx} vii. mittæ brasei, et sciendum quod providendum est de li. bracinis usque ad festum Omnium Sanctorum.

Memorandum quod Dominus Abbas tenebatur celerario pro Terfelde, x. s. pro fabis et x. s. pro denariis super talliam et iii. d. pro butiro.

Item de Wardeboys, xxx. s. pro frescingis. Item de Eleswrda, x. s. pro frescingis et xl. s. pro denariis super talliam, quos solvit ei incontinenti.

Item pro una ponsa casei de Terfelde. Item, ix. pondera casei pro Eleswrda. Item pro Wardeboys, iii. pondera.

Item dominus Abbas allocavit celerario de debito in quo tenebatur ei de tempore fratris G. pro viii. ponderibus duri casei de Slepe de anno præterito, lxiiij. s., pro frescingis de hoc anno, xlv. s. pro alleciis, v. s., pro denariis super talliam, xx. s. de tribus terminis (set deficiunt ii. s. vi. d.) pro butiro, ix. s., pro frisco caseo, iii. s., pro lxxii. gallinis, vi. s.

Elleswrde.

Item dominica post Assumpcionem Beatæ Mariæ celerario pro bacone et caseo et super talliam, c. s. Eodem die Willelmo Camberlano, v. s.

Memorandum quod die Sancti Leodegarii martyris anno domini H. Abbatis Ramesiæ xi. liberavit dominus H. Abbas, domino W. Camberlano, xxv. li. ad solvendum ad scaccarium domini Regis pro firma feriæ Sancti Yvonis proximo præteritæ et pensiones subscriptis solvendum. Domino Waltero de Odegham, xx. s. Laurencio del Broch, xx. s. Johanni de Ramesia, x. s. Johanni de Stiventon, vi. s. viii. d. Johanni de Pakeham, vi. s. viii. d. Ricardo de Boyland, vi. s. viii. d. Willelmo de Thornhegg', vi. s. viii. d. Item eidem ad expensas suas et ad expensas Henrici Marescalli, xxvi. s. viii. d.

Memorandum quod anno Domini M°cc°lxx°, videlicet in crastino Sancti Illarii, tradita fuit quædam cedula Roberto le Flemming de Parva Raveleya quod recepit a domino W. Abbate Rammesiæ, v. ruscas apum, ita quod singulis annis de medietate proventus domino W. Abbati fideliter respondebit.

f. 10. Memorandum quod die mercurii proximo post festum Sanctæ Trinitatis anno domini H. Abbatis recepit Willelmus de Camera a domino Abbate, xiiii. s. iii. d. expendendos apud Novum locum. Item, xix. s.

In die vigiliæ Apostolorum Petri et Pauli liberati fuerunt celerario xl. s. pro Slepe, de termino Pentecostes et de termino Sancti Johannis Baptistæ, anno domini H. Abbatis viii°.

Noverint.

De frumento de Knapuelle, xi^{xx} R. xvi. et dimidium. Item de ordeo, vii^{xx} R. et xvii. R. Item de pisis, ix^{xx} R.

De veteri frumento de Elleswrthe, viii^{xx} et xi. R.

Item de mixtilione, v^{xx} et xi. R.

Item de anteriori meya, v^{xx} et xv. R. Item de alia meya, iiii^{xx} et xv. R.

Item de Midsty, xxx. R. Item de pisis anni præteriti, xxxii. R. Item de pisis anni præsentis, xvii. R.

Item de alio tasso, xxxv. R. Item de ordeo meyæ occidentalis, iiii^{xx} R. Item de midsty, lxiii. R.

Item de meya in grangia avenæ, xix. R. Item de alia meya, v^{xx} et ii. R.

Item de alia meya, v^{xx} et ii. R.

Item de meya seminis, v^{xx} R. et vi. et dimidium.

Item de alia meya seminis, xlvi. R.

Item in expensis porcorum, xii. R. Item de frumento seminato, v^{xx} et xiii. R.

Item de pisis seminatis, xvi. R. Item de fabis seminatis, v. R.

Item de meya frumenti in parte orientali, v^{xx} et ii. R. Item de meya occidentali, vi^{xx} R.

Item de alia meya, vi^{xx} et xiii. R. Item de frumento vendito Gotte Ape, v^{xx} R.

De frumento de Broctona de veteri meya per manum Michaelis, xi^{xx} et xi. R. et dimidium.

Item de Ripton Regis, vi. et xiii. R.

Item de alia meya Riptone Regis, ix^{xx} et xv. R. et iii. bussellos.

In auro empto, xxxvii. li. xxi. d. ob. Item pondus auri, iiii. l. xix. s. v. d. ob. Item pondus anulorum missorum domino Abbati, v. s. x. d. Precium, xlvi. s. viii. d. Pondus aliorum anulorum, ii. s. i. d. Precium, xv. s. ob.

Item in lapidibus emptis, cvi. s. xi. d. Item in lapidibus, xvi. s.

Summa, lxii. s. iii. d. ob.

Item eodem die pacati Magistro H. aurifabro de termino Sancti Michaelis Johannis, xl. s. et suo operario, xlvi. s.

Summa totalis, xlvi. l. vii. d.

Noverint universi per præsentes me fratrem Willelmum Warmyngton presentorem monasterii de Ramesiæ recepisse et habuisse in die confectionis præsentium de Rectore Ecclesiae de Ellyngton per pensionem suam pro terminis Michaelis et

Paschæ ultimo præteritis ante datum præsentium, de quibus, quidem, iiii. s. fateor me fore satisfactum, dictumque Rectorem executores et successores suos inde quietos per præsentes sigillo meo sigillatas vicesimo primo mensis Aprilis anno regni Henrici viii^{vi} xx.

f. 12 b. Memorandum quod die dominica post festum Sancti Edwardi liberati fuerunt Willelmo de Camera, xvii. s. vi. d. ad stipendia famulorum de Novo loco et quieti sunt.

DLCXXXVIII.

[*Redditus Cameræ Abbatis.*]

f. 12 b. A.D. 1202-1207. Hic fuit redditus pertinens cameræ Abbatis tempore Roberti Abbatis secundi.

De Suthlingdona	Quater viginti libræ, et cetera.
Barthona	Viginti sex libræ.
Cranfelde	Triginta quatuor libræ.
Elintona	Duodecim libræ.
Riptona Abbatis	Quadraginta libræ.
Bernewelle	Centum solidi.
Saltrea	Quadraginta solidi.
Giddingge	Sexdecim libræ.
Ailenthona	Decem libræ.
Stivecleia	Centum solidi.
Hoctona	Decem libræ.
Hemmingford'	Triginta quatuor Marcæ.
Broctona	Viginti tres libræ.
Chateriz	Duodecim libræ.
Grittona	Duodecim libræ.
Burewell'	Decem libræ.
Lausell'	Triginta libræ.
Winebodeham, Klacklose Hundret, et Dunham, et de Marisco	Sexdecim libræ.
Helingeie	Sexdecim libræ.
Walsochne	Viginti libræ.
Northfolch'	Sexaginta libræ.

Summa, Quater centum et tredecim libræ.
Absque feria Sancti Yvonis, et absque auxiliis.

INDEX.

A.

B.

E.

F.

G.

H.

I.

J.

K.

L.

N

P.

Q.

R.

S.

T.

W.

Y.

Z.

CATALOGUE

(*Revised to 1st November* 1893)

OF

ENGLISH, SCOTCH, AND IRISH RECORD PUBLICATIONS,

REPORTS OF THE HISTORICAL MANUSCRIPTS COMMISSION,

AND

ANNUAL REPORTS OF THE DEPUTY KEEPERS OF THE PUBLIC RECORDS, ENGLAND AND IRELAND,

Printed for

HER MAJESTY'S STATIONERY OFFICE,

